

Tom. ii.


iv.

*[Faint handwritten mark]*

113,  
L. o. ~~29~~ 11.

*[Faint handwritten marks]*





5  
MERCVRII GALLOBELGICI  
SLEIDANO SVCCENTVRIATI,

*Sive*

RERVM IN

GALLIA ET BELGIO PO-

TISSIMVM; HISPANIA QVOQVE

ITALIA, ANGLIA, GERMANIA, VNGARIA

Transylvania, vicinisque locis, à nundinis Francofurtensibus

Anni 1618. Autumnalibus, vsque ad Nundinas Anni

1619. Vernaes potissimum gestarum,

*HISTORICÆ NARRATIONIS*

*continuatae,*

TOMI DUODECIMI LIBER

TERTIVS.

*Auctore*

M. GOTARDO ARTHVS DANTISCANO.



FRANCOFVRTI,

Sumptibus SIGISMVNDI LATOMI, Anno 1619.

FRANCIS GALLO-BELGICI  
MILITANO AVVENTURATI

1752

R. E. R. V. M. I. N.

GALLIA ET BELGIO P. O.

TISSIMUM; HISPANIA Q. O. V. E.

ITALIA, ANGLIA, GERMANIA, VNGARIA.

et vicinioribus, a nobis tractantibus

et vicinioribus, a nobis tractantibus

et vicinioribus, a nobis tractantibus

MILITANTIBUS

et vicinioribus

ET OMNI DIOECESI LIBER

TERTIUS

et vicinioribus

M. GOTARDO ARTHUS DANTISCANO



FRANCIS GALLO-BELGICI  
MILITANO AVVENTURATI

NOBILISS. ET PRÆ-  
STANTISS. VIRO, Dn. HEN-  
RICO PETRI, ILLUSTRIS ET  
GENEROSISS. COMITI NASSO-  
viæ & Cattimeliboci &c. à secretis. Do-  
mino & fautori meo multum  
colendo, S.

**R** Ectè alicubi, Nobiliss. & consultiss. vir,  
Dn. & fautor colende, Cicero monet,  
ne nos periculis offeramus, quod nihil pos-  
sit esse stultius. Idem enim & Ambro-  
sius innuit, temeritatem esse periculis se offerre, in-  
quient. Verum enimvero cum cunctis rebus insit pe-  
riculum, & super omnem lapidem, ut proverbium  
habet, surrepat scorpius, summa prudentia prædi-  
tum oportet, esse eum, qui periculum cavere semper  
velit. Nam, ut præclare Seneca, citius invenitur peri-  
culum, quam contemnitur, Et Cyprianus: Nemo  
diu tutus est, inquit, qui periculo proximus est.

Apparet hinc utiq; periculum semper caveri non  
posse, nec omne etiam reformidare periculum virum  
fortem & sapientem debere. Fortitudini proposita  
esse, docet Aristoteles, quæ maxime sunt terribilia, &  
Cicero, res magnas, dicit, & excelsas sequi oportet eum,  
qui fortitudinis partes tueri expetit. Verum quidem  
est, quod Augustus Caesar, aureo hamo piscari, dixit

) ( qui

## EPISTOLA

qui magno sumptu & periculo de rebus parvis dimi-  
cant. In eos enim quadrat versiculus:

Flot victor, periit victus, victoria tristis.

At vero si quando res magna incidant, illa certè  
non nisi magnis suscipi perficijq; periculis volunt: Et  
nunquam periculum sine periculo vincitur. Non fit  
sine periculo, inquit Terentius, facinus magnum &  
memorable. Quemadmodum enim in Beotia, ut  
Plinius auctor est, fontes duo sunt, quorum alter me-  
moriam, alter oblivionem affert, ita ferè magno ali-  
cui bono, magni mali vicinum periculum est. Quo  
autem majus est periculum in suscipiendo aut perfici-  
endo, eo factum ipsum redditur clarius atque illu-  
strius, maximeq; placent, quæ magno periculo qua-  
runtur.

Exempla hujus rei in historiis passim obvia sunt,  
& ex hoc ipso etiam libello meo, qui semestralem Anni  
hujus historiam continet, quod omnino periclitan-  
dum sit ei, qui periculum effugere cupiat, apparere o-  
mnibus posse autumo.

Hunc ego vir Nobiliss. & præstantiss. N. E. T. uti  
inscriberem, causas, quæ superiori tempore, ampliss.  
& consultiss. virum, Dn. Philippum Henricum Hæ-  
nonium, IC. & consiliarium Nassovicum præstan-  
tiss. N. E. T. affinem, meum vero Dn. & fautorem  
singularem, dedicatione libri in Tomo Mercurii mei  
Vnde



## DEDICATORIA.

Vndecimo secundi, compellare me monuerunt, easdem habui. Cum enim & ingenii doctrinaq; dotibus delectari N. E. T. & non historiarum solum favere scriptoribus, sed & in ejusmodi scriptorum lectione, quæ ut ad ingenii cultum morumq; elegantiam, sic ad vite integritatem & dignitatem aliquam, Reipublicæq; administrationem conducunt maximè, versari, crebro, ut ex amica Dn. Iohannis Textoris amici mei præstantis, relatione, ita & ex Chronico ejusdem Nassovico mihi constaret, facere omnino non potui, quin studium meum erga Nobiliss. Personam Tuam dedicatione hac mea testificarer.

Quare N. E. T. ut libellum hunc meum benevolo aspicere vultu, meq; commendatum sibi habere non dedignetur, etiam atq; etiam rogo & obtestor.  
Francofurti ad Mænum 8. Martii Anno 1619.

N. E. T.

Observantis,

M. Gothardus Arthusius  
Dantiscanus,

IN-

I N D E X  
MEMORABILIVM QVÆ HOC  
libro continentur.

- A** Rminiani de synodo Dorra-  
censi conqueruntur. 136
- A**ustria inferioris Ordinum ad  
Casarem litera 121
- B**avaria princeps ad legationem  
Ordinum Bohemia respondet  
77
- B**acquoius cum exercitu in Bo-  
hemiam advenit. 18. Bud-  
vissium habita prius cum Or-  
dinibus pugna, ingreditur. 74
- C**asaris ad Ordinum Bohemia  
litteras responsum 15. Eiusdem  
ut arma deponant, ad Bohe-  
mos admonitio 26. Eiusdem  
ad Electorem Saxonia in pun-  
cto interpositionis litera 37. E-  
iusdem ad Silesia Ducem de  
irruptione in Austriam litera  
110. Eiusdem ad Ordines Bo-  
hemia de amica pacis tracta-  
tione admittenda communi-  
tio. 127
- C**ometa in caelo visus. 104
- C**omitia ab Austriacis celebrata  
72
- C**omitia à Moravia Ordinibus  
habita. 135
- C**omitia publica à Directoribus  
Bohemis indicta. 137
- C**onjunctio Casaris Vienna mori-  
tur. 121
- E**lectoris Saxonia ad Ordines Bo-  
hemia de suscipienda tracta-  
tione compositionis litera. 39
- F**erdinandi Regis ad Ordines  
Bohemia litteras responsum. 17
- F**lurvius in Hügaria aliquis san-  
guine tinctus. 135
- G**omnitense oppidum à Casaria-  
nis interceptum. 50
- G**ratsna à Tampirensi Comite  
intercepta. 151
- H**ispani classem ingentem in-  
struunt. 146
- I**ncendiarii in Bohemia depra-  
hensi. 133
- I**ohannis Christiani Silesia Ducis  
ad Casarem responsum. 111
- L**edenbergius sibi ipsi mortem  
consciscit. 48
- M**agistratus passim in Hollan-  
dia & Selandia reformatus  
50
- M**ansfeldius Comes à Casare  
proscriptus. 141
- M**aximilianus Archidux Au-  
stria moritur. 73
- M**oravi Bohemos ad pacem hor-  
tantur. 19
- N**ehusii suburbium à Tampi-  
rensi Comite exustum. 11
- N**idda fluvius aquam amittit  
135
- O**rdines Bohemia pro abrogandis  
expeditionibus bellicis litteras  
ad

I N D E X.

- ad Casarē mittunt 12. A Con-  
fœderatis Belgii Ordinibus  
auxilium petunt 23. Legatos  
ad principem Bavaria mit-  
tunt 28. Ad literas Electoris  
Saxonia respondent 40. Ad  
rumorem de præposito Pilsnēsi  
male habito, respondent. 140
- Ordinum protestantium in Bo-  
hemia ad Saxonia Electorem  
litera 21. Eorundem ad Ca-  
sarem de abducendis ex Regno  
militib. litera 24. Eorundem  
de conditionibus suscipienda  
tractationis & obsidione Pil-  
nensi ad Casarem litera. 96  
Eorum ad Silesia principem,  
de causis facta in Austriam  
expeditionis litera 114. Eo-  
rum ad Electorem Saxonia de  
induciarum asssecuratione li-  
tera 138
- Ordines Bohemia Vigesimalium  
quenque ad arma in toto Re-  
gno convocant 147
- Ordo equestris de Sancta Militia  
Vienna institutus 152
- Pilgramum à Tampirensi occu-  
patum 12
- Pilsna à Mansfeldio obsidetur 20  
Eam obsidione liberari Bava-  
ria princeps ab Ordinibus Bo-  
hemia expetit 79 Eam cur ob-  
sidione cinxerint protestantes  
Bohemia Ordines causam Ba-  
varia principi exponunt 81
- Pilsna ab Ordinibus Bohemia  
protestantibus vi armata  
expugnata 86
- Plureti subversio restaurari fru-  
stra cœpta 1
- Pugna ingens inter Turcas &  
Persas habita 133
- Saxonia Elector de obsidione  
Pilsnensi avertenda à Casare  
monetur 70. Ejusdem de loco  
& tempore instituenda tra-  
ctationis ad Bohemia Ordines  
litera 143
- Silesii auxiliares Copias ex iti-  
nere revocant 19. Bohemis  
auxiliares Copias mittunt. 53
- Svethalium & alia Austria mo-  
nasteria à Bohemia Ordini-  
bus intercepta 105
- Tampirensis Viennam profectus  
novum exercitum cōparat 52
- Terramotus non procul à Fran-  
cofurto factus 134
- Teutsbrodium a Cesarianis de-  
seritur 118
- Turbarum in Rhetia cōpositio 4
- Turrensis Comitibus de causis fa-  
cta in Austriam irruptionis  
rescriptum 108. Eius filius nu-  
ptias celebrat 119
- Veneti & Constantinopolitani  
insolito morbo affliguntur 71
- Vniti Imperii Electores, Principes  
& status, conventum Roden-  
burgi celebrantes, literas ad  
Casarem mittunt 42

F I N I S.

AD CLARISSIMUM DO-  
CTISSIMUMQUE VIRUM,  
DN. M. GOTHARDUM ARTHVSIUM,  
P. C. Philo-Mathem. & Historicum  
eximium, &c.

EPIGRAMMA.

**S**Vnt, labor & studium, pietas & sedula cura,  
Quae te commendant de meliore nota.  
Quid tibi, quid patriae prosis, caraeq; juventa,  
Id dudum novit primus & imus homo.  
Nec dubium restat, namq; id tua Scripta probabunt,  
Quae das, quae (fuerit si tibi vita) dabis.  
En, nunc historicis mandas memoranda libellis,  
Heroum atq; Ducum fortia facta canis.  
Tale, tuum hoc scriptum, vir praestantissime, doctis,  
Quale, sopor fessis cordibus, esse solet.  
Quin merito, siquidem pollet gravitate libellus  
Hic magna, atq; usu, dexteritate simul.  
Quare perge, etenim semper tua scripta virebunt,  
Sive solo vivet mens tua, sive polo.  
Hac tibi post mortem Charites monumenta locabunt:  
Hic jacet historici fama decusque chori.

Vincentius Latomus  
Mœno-Francof.



MERCVRII GALLO-  
BELGICI SVCCEN-  
turiati,

TOMI XII. LIBER III.

*EORVM QVÆ à NVNDINIS  
Francofordiensibus Anni 1618. autumnalibus,  
vsq; ad nundinas anni 1619. Vernales,  
memoratu digna passim acciderunt,  
relationem continens.*



Inem superiori libro Plura Anno  
ra vel Pluretum dedit, op- 1618.  
pidum in Grisonibus ele- Plureti sub-  
gantissimum, & splendidi- versiore-  
dissimis ædificiis ad voluptatem ob- staurari frid-  
lectionemque summam extructis stra coepit.  
mirifice exornatum. Eius oppidi, in  
quo tanquam paradiso aliquo terre-  
stri, liberè Incolæ & secure rebus o-  
mnibus abundantes vivebant, subi-

A

tanea

Anno tanea momentanea q; subversio, hor-  
 1618. rendum est severissimæ erga pecca-  
 ta nostra iræ divinæ testimonium, in  
 exemplum enim nostrum facta est, vt  
 sciamus, nisi pœnitentiam egerimus,  
 meliori loco non futuros nos, sed eo-  
 dem vel simili supplicio, Christo ipso  
 teste, Luc. 13. perituros. Pridie eius  
 quo subversio facta est, diei, fœror in-  
 gens & insolitus, nares omnium, cau-  
 sa tamen eius ignorata, graviter of-  
 fendebar, monebat item operarius  
 quidam, quo instinctu incertū, Ver-  
 temannum Cancellarium & alios, vt  
 rebus quibusque preciosioribus con-  
 vasatis oppido exirent, instantem que  
 ita perniciem evitarent, sed ludibrio  
 habitus, prophetam vanum menda-  
 cem que fore se audivit, qui relictis il-  
 lis, alium in locum mature vitæ suæ  
 consulens concessit. Sub vesperam e-  
 jus, quo ruina facta est, diei, merca-  
 tor quidam Octavius Franginus no-  
 mine, oppidum illud petiturus, ab  
 obviis mulierculis quibusdam, qui-  
 bus de operarii istius sermonibus au-  
 ditum

ditum forte aliquid fuerat, ne ingre- Anno  
deretur, quod periculum loco infra 1618.  
ret maximum, monebatur, at ille  
verba ista ridens, cum sub crepuscu-  
lum ingressus vix esset, pernicie ea-  
dem oppressus, periit. Animas mo-  
mentū istud mille & quingentos cir-  
citer sustulisse putatur, ex omnibus n.  
incolis quatuor tantū personæ, quod  
absentes essent, incolumes remanse-  
re mercator nempe quidam peregrē  
profectus, & alius qui cum murario  
quodam, in cellam viniariam extra  
oppidū sitam, vinum ad cœnam ne-  
cessarium allatum processerat, item-  
que puer aliquis lingua captus, qui  
pomis perficis in horto carpendis in-  
tentus, commotione ista violenta in  
sublime raptus, & calceis etiam pri-  
varus evasit, Tanta enim commotio-  
nis vis fuit, vt nihil salvum relinque-  
retur. Post erodie longo ultra oppidū  
intervallo duæ puellæ, decem vel cir-  
citer annorum, exanimæ cum sup-  
pellectile ex oppido aliqua repertæ  
fuerunt, oppido omni ad supremum

A

2

vsque

Anno 1618. vsq; fastigium terra & lapidib. obruto, & fluvii etiam præterlabentis cursu, non sine multo Clefensium vicinorum terrore præpedito, qui exitum tamen rupto postmodum aggere, optatum reperit. Adhibiti post dies aliquot à Grisonibus fossores magno numero fuerunt, qui obruta terra bona corporaque interfectorum eruerent, at illi exitiali foetore impediti, ab opere cessarunt, magistro & inspectore ipsorum à spectro, ut abstinerent & in nunquam instaurandum locum operam frustraneam non collocarent, admonito. Inventus inter alia lapis fuit, admonitionem Hebræa lingua sequentem exhibens: Sic dicit Dominus, verbum meum quasi ignis est & malleus conterens petras. Exite de Babylone, liberate quilibet animas vestras. Nemo taceat ad peccata eius, redibit enim ultio Domini, & retribuetur ei secundum malitiam eius.

*Turbarum  
in Rhetia  
compositio.*

Erant eo tempore turbæ in Rhetia non exiguæ. Anima adverterant enim longo jam tempore Grifones seu cõfœde-



fœderati Rhetenses Helvetii, id age- Anno  
re aliquos, vt abrogato, quo vtuntur 1618.  
passim statu Democratico, omnem  
ad se potestatem quo iure qua iniuria  
pertraherent, sibi que corruptos pro-  
missis muneribus que variis multo-  
rum animos conciliarent. Perfece-  
rant illi quidem obtinuerant que, vt  
non subditi solum, sed externi etiam  
Principes proceres que si quid in re-  
gionibus istis expediendum haberent  
ad ipsos confugerent, ipsorum que  
gratiam expeterent, cum quibus ta-  
men fraudulenter sæpenumero ege-  
runt, eo que ipso fecerunt, vt pessime  
apud varios confœderati isti populi  
jam audirent, dum muneribus addu-  
ci se paterentur, vt plus promitterent,  
quam præstare re ipsa possent. Corre-  
ctio malorum istorum optata & de-  
siderata à multis, sperata ob poten-  
tiam ipsorum à paucis fuit, donec cõ-  
uentione facta ad subueniendum pa-  
triæ & libertatem suam ab oppressio-  
ne tyrannide que ista vindicandam  
se se invicem exhortarentur. Hoc fa-

A 3 Æto,

MERCVRII GALLOBELGICÆ

Anno 1618. primarius quidam libertatis patriæ oppressor Serneti habitans, armato domum suam præsidio instruxit, & adversus irruentium forte impetū comparato ad tempus aliquod comœatu se munivit, subditos ejus loci ad sexcentos & amplius ad sui defensionem jurejurando obligavit, & adversus vicinos incitavit, Quin & de externo auxilio comparando cogitavit, ut jam civili & interno bello conatus ejus similis omnino videretur. Tandem tamen cum confluere ex vicinis locis confœderatos plurimos videret, rebus suis diffidens, de quæ præfidiariorū suorum fide dubitans, assumptis fidelissimis quibusq; in fugam se convertit. Irruentes postmodo vicini fœderati in domum ejus, bona quæ ibi reperiebantur, in tabulas redegerunt. Interim qui magistratum in provinciis gerebāt, missis ad concitatum populum primariis quibusdam Ecclesiasticis politicisq; personis, justiciam omnibus, dummodo armis depositis ad quietem se

com-

componerent, administraturos sese Anno  
 promiserunt, cumque tantam adver- 1618.  
 sariorum vim esse cognoscerent, ut  
 officio isto tam salutari sine armato  
 auxilio fungi se posse minimè vide-  
 rent, juvari sese misso ex provinciis  
 singulis certo armatorum numero  
 petierunt. Sicigitur conventus tan-  
 dem Curæ primum & postea Turseti  
 institutus fuit, populo ex provinciis  
 magna copia ad loca ista armato con-  
 fluente. In conventu isto leges quæ-  
 dam veteres instauratæ, & novæ con-  
 ditæ fuerunt, absentibus etiam in eas,  
 adhibita tamen moderatione aliqua,  
 consentientibus. Sensus legum & cō-  
 stitutionum erat, ut vtraque religio,  
 Evangelica scilicet & Romano-Ca-  
 tholica in provinciis istis retineren-  
 tur, & unicuique parti exercitium re-  
 ligionis liberum permetteretur; O-  
 mnibus tam nobilibus quam aliis sua  
 libertas relinqueretur, bona & for-  
 tunæ ipsorum conservarentur, & ne-  
 mo in alterius præjudicium aliquid  
 faceret, sed justitia omnibus ex æquo

Anno administraretur ; subditi ab omni in-  
 1618. jura & intentata aliorum tyrannide  
 defenderentur ; Ærarium & bona  
 publica peculiarium quorundam di-  
 reptionibus minimè submitterentur :  
 Privati cum externis Principibus de  
 Republ. nihil quicquam tractarent,  
 contra facientes capitis supplicium  
 luerent. Amicitiam tamen & fami-  
 liaritatem cum vicinis Principib. Sta-  
 tibusque omnes pro virili colerent.  
 Legibus istis approbatis pœnale judi-  
 cium constitutum fuit, Scabinis ad il-  
 lud ex singulis provinciis viginti duo-  
 bus instigatoribus novem, Actoribus  
 duobus, scribis item & ministris ali-  
 quot assumptis, & Ecclesiasticis insu-  
 per novem, majoris auctoritatis gra-  
 tia ipsis adhibitis, quos omnes, quod  
 justitiam omnibus, sine vlllo vel per-  
 sonarum vel fortunarum alicuius re-  
 spectu administrare, ab ejus tramite  
 nec muneribus nec familiaritate ali-  
 cuius abduci se permittere, si qui cor-  
 rumpere eos forte velint, aperire, &  
 ad gloriam Dei salutemque patriæ  
 pro-

promovēdam omnia dirigere velint, Anno  
 jurejurando obligarunt. Dum hæci- 1618.  
 ta gererentur, & populus in armis et-  
 iamnum esset, suspecti quidam com-  
 præhensi & in judicium prolati fue-  
 runt, aliqui vero malè sibi conscii, ar-  
 repta fuga sese subdixerunt. Erat in-  
 ter eos vnus de quo ex quorundam  
 superioribus annis capite mulctato-  
 rum confessione, literis item & sub-  
 scriptionibus propriis constabat, vt  
 Fuentinum illud munimentum in fi-  
 nibus Provinciarum extrueretur, au-  
 ctorem suasoremque fuisse, populū  
 qui armata manu ad structurā istam  
 vtpote contra factam Mediolani An-  
 no 1531. transactionem excitatam, im-  
 pediendam, iam confluxerat, à pro-  
 posito isto astute & fraudulenter ab-  
 duxisse, atque ad absolvendam stru-  
 cturam, quod hostes & adversarios  
 omnes ad quietem composuisset, per  
 literas exhortatum Mediolanenses  
 fuisse. Cum igitur inter facinora alia,  
 fateretur quoque, se de rebus variis  
 cum externis quibusdam Principibus

A 5 pro

Anno provinciarum nomine tractasse, spe  
1618. vana eos lactasse, multam ab ipsis pecuniam accepisse, promissis tamen non stetisse, sed per fide omnia egisse, sententia adversus ipsum lata 12. Augusti fuit, vt tanquam proditor patrię publicę, à carnifice in quatuor partes dissectus periret, bona eius omnia, vbi vxori prius & creditoribus de dote & debitis aliis satisfactum esset, fisco cederent, & domus eius solo æquaretur, duabus in locum eius infamibus columnis ad perpetuam rei memoriã positis. At vero cum variæ pro eo intercessiones fierent, habita etatis, qua septuagesimum quartum jam ingressus annum erat liberorum item, quos novem in vita superstites habebat, & honestæ familiæ eius, ratione, gratia ipsi facta ea fuit, vt securi percuteretur, & quid de domo eius facere vellet plebis arbitrio permitteretur. Eiusmodi igitur suppliciis tum in plures alios proditionis reos & quod in patrię perniciem multa egissent, propriis literis, vivis testibus & confessione

sione propria convictos, animadver- Anno  
sum fuit, illis qui fuga sibi prospexe- 1618.  
rant, ex patria proscriptis & ad suppli-  
cia varia, si quando in provinciis for-  
te depræhenderentur, destinatis.

De Tampirensis comitis ad Neu- *Neubusis*  
hufium Bohemiæ oppidum adventu *suburbium*  
superiori libro dictum est, Reiectus *à Tampi-*  
tum præfidiariorum virtute subur- *rensi comite*  
bium incendio ferè totum delevit. *exustum.*  
Senatus itaque datis ad eum literis,  
quod de sua, inquit erga Cæsarem  
fide quæsierit, non suam eam, sed  
Guilielmi Siavatae urbem esse sciret,  
& nec Dominum suum, nec se à fide  
Cæsaris, Regis sui clementissimi un-  
quam defecisse, sed in ea ad mortem  
vsque perseverare constanter velle,  
nihil minus igitur ab eo quam tantam  
crudelitatem sævitiamque quam ra-  
pinis & incendiis in urbis istius terri-  
torio exercuerit expectasse. Claves  
urbis non in sua, sed præfidiariorum  
præfecti proestare esse, se quidem in  
fide Cæsaris ad mortem vsque con-  
stantissimè permanuros. Petere igitur,

tur,

Anno 1618, tur, vt cum sui iuris non sint, quo ad  
 responsum à Domino suo accipiant, excusatos se habere & ab hostili ista  
 violentia sibi temperare velit. Nihil commotus hisce literis Tampirensis  
 ad urbem nocturno tempore rediit, admotaque ad portam machina, in-  
 gressum sibi patefecit. At vero à præ-  
 fidiariis iterum rejectus, cum vrbe  
 potiri se non posse videret, conuerso  
 Pilgramum itinere, destinatos eò à  
 Turrensi Comite præfidiarios op-  
 pressit & occupatum deditioe op-  
 pidum, præfidiario milite firmavit.

*Pilgramum  
 à Tampi-  
 rensi occu-  
 patum.*

*Ordines Bo-  
 hemia pro  
 abrogandis  
 expeditio-  
 nibus belli-  
 cis literas  
 ad Casarem  
 mittunt.*

Ordines cum viderent quæ mala  
 quotidie in regno fierent, & quanto-  
 perè Heiducci potissimum incendiis  
 direptionibusq; passim grassarentur,  
 Comitem item Bucquoium cum ma-  
 joribus copiis in itinere esse & jam  
 Teutsbrodum oppidum occupasse  
 audirēt, conatibus ipsorum repugna-  
 runt quidem, sed interim tamen da-  
 tis ad Electorem Saxoniam Palatinum-  
 que & Silesiam Ordines literis, statum  
 suum ipsis aperuerunt, ipsorumque  
 & de-



& defensionem & fidelem apud Cæ Anno  
sarem intercessionem expetierunt, 1618.  
eandem & à Ferdinando Rege & à  
Maximiliano Archiduce per literas  
requirentes. Datis insuper ad Cæsa-  
rem literis, non dubitare se inquiunt,  
Majestatem suam Cæsariam Regiamque  
ex postremis Directorum suorum li-  
teris cognoscere potuisse, quanto de-  
siderio factam sibi à legatis Cæsariis  
de pacis tractatione instituenda spem,  
expectarint hactenus. Interim cum  
ea intermissa, damnum subinde ma-  
jus Regno inferatur, quomodo aver-  
ti illud & prohiberi commode possit,  
deliberationem suscipere coactos es-  
se. Principio autem de verbis illis,  
quibus commotum se conquestus sit,  
testari, quo sensu accipiantur, prolata  
à se nullo modo fuisse, sibi vero grave  
admodum & perniciosum esse, quod  
Tampirensis Comes ingenti cum ex-  
ercitu impetum in Bohemiam regnum  
fecerit, eumque Johannes Eusebius  
Cainus, cum diplomatibus in Regno  
passim affigendis securus sit. Se qui-  
dem

Anno dem omnes sancte ipsi affirmare,  
 1618. quod in fide ejus, vt haectenus, sem-  
 per manere & perseverare velint. Le-  
 tari admodum quod diploma Maje-  
 statis, transactionem inter Ordines  
 sub vna & sub vtraque factam, & Co-  
 mitioru recessum, facta tecta etiam-  
 num esse cupiat. Sperare inter alia  
 hoc etiam ipsum consideraturum,  
 tribus jam vicibus regnum istud bel-  
 lo gravissime afflictum paucos inter  
 annos fuisse, in suam vero gratiam  
 mala ista omnia æquo animo Ordines  
 tulisse, rogare itaq; vt aliter non sta-  
 tuat, quam pacis se cupidissimos a-  
 mantissimosq; esse, & propterea pro-  
 gressum militum inhibeat, ab expe-  
 ditionibus bellicis, conatibusque ho-  
 stilibus omnibus abstineat, edicta ad-  
 versus se suosq; milites directa abro-  
 get, desideratum illud compositionis  
 transactionisq; negotiũ promoveat &  
 persuasum omnino habeat, quod dũ-  
 modo si de religione & pertinentibus  
 ad eam privilegiis omnibus securi es-  
 se possint, ita se erga Majestatẽ suam  
 exhi-

exhibitori sint, vt omnium ea in parte expectationi abundè satisfiat.

Anno  
1618.

Ad literas has responsum à Cæsare fuit, quod ad militum in regnum illud introductionem attinet, satis jam in superiorib; literis explicatum fuisse quid causæ ad promovendam eam habeat. Ægrè quidè & difficulter ad expeditionem istam faciendâ adductum esse, militemq; satis diu, cum nō exiguo vicinarum regionum incommodo detinuisse, & quid mali regno isti accidere inde possit, satis prolixè considerasse. Cum vero paternas suas admonitiones omnes irritas esse, & Ordines ipsos expeditionum bellicarum initium fecisse, viderit, fidelibusq; subditis suis tam Ecclesiasticis quam politicis damni quam plurimum illatum inde fuerit, ad mala ista avertenda, militemq; suum promovendum necessitate coactum maxima fuisse. Equidem innocentes affligi, & patriæ incommodum detrimentumq; inferri aliquod, non parum se dolere, ejusque causam paucis

ex

*Cæsaris ad  
Ordinum  
Bohemia li-  
teras respō-  
sum.*

Anno ex ipsorum numero personis acceptam  
 1618. ferendam esse, qui confictis sermoni-  
 bus religionis agi negotiū, quod par-  
 ticularium quorundam attentata so-  
 lum concernat, plerisque persuase-  
 rint, & cominationibus variis, sibi, vt  
 debitas evitarent pœnas, eos adjun-  
 xerint. Quandoquidem igitur fide-  
 les sese subditos esse asserant, si re ipsa  
 verum id esse declarent, à malè vsur-  
 pato hætenus imperio abstineant,  
 militem suum dimittant, ad quietem  
 se componant & Edictis admonitio-  
 nibusque suis morem gerant, velle se  
 certas ad suscipiendam tractationem  
 personas quamprimum nominare,  
 seque ad fidelissimas Regis Ferdinã-  
 di & Electorum intercessionem talem  
 exhibere, vt paternâ suâ bonitas toti  
 mundo innotescat. In patentibus i-  
 psorum literis odiosè admodum scri-  
 tum esse, exercitum suum seque ita  
 ipsum, hostem patriæ esse, idque agi,  
 vt Bohemis vel sub perpetuum servi-  
 tutis jugum missis vel plane extermi-  
 natis, bona ipsorum inter alios in re-  
 gnum

gnum introducendos, distribuantur, Anno  
 Ejus enim nihil sibi in mentem venis- 1618.  
 se, qui Ordinibus Regni tam sub vna,  
 quam sub vtraq; omnibus privilegia  
 sua, diploma item Majestatis, transa-  
 ctiones & Comitiorum recessus con-  
 servaturum se jam pridem receperit,  
 in eadem enim etiamnum sententia  
 constanter perseverare, hac addita  
 promissione, justitiam omnibus incō-  
 modo aliquo præter meritum affectis  
 abunde administratum iri, Militibus  
 certè in mandatis datum, vt nihil de-  
 trimenti fidelibus subjectis suis infe-  
 rant, Neminem igitur de expeditio-  
 nibus istis bellicis querendi causam  
 habiturum. Si quis vero admonitio-  
 nibus istis neglectis inobedientium  
 sese partibus adjungat, & detrimenti  
 inde aliquid accipiat, præter seipsum  
 quem accuset neminem habiturum.

Literis istis Ferdinandus Rex suas  
 quoque adjunxerat, Et, ab eo statim  
 tempore inquit, quo de periculosis i-  
 stis motibus quid inaudierit, pro sin-  
 gulari sua erga regnum istud affectio-

B

ne,

*Ferdinandus  
 Regis ad Or-  
 dines Bohe-  
 miae literas.*

Anno ne, nō intermisisse, quin non rogatus  
 1618. etiam cum Cæsare de mediis quibus  
 turbæ istæ maturè componerentur,  
 egerit. Idem etiamnum facere velle,  
 nec dubitare, effecturum se apud Cæ-  
 sarem, vt, dummodo sibi ipsis non sint  
 impedimento, & monitionibus man-  
 datisque Cæsaris obtemperent, tur-  
 bæ motusque isti omnes oportune  
 componantur.

*Bucquoius  
 cum exerci-  
 tu in Bohe-  
 miam ad-  
 venit.*

Velitaris interea inter Cæsarianos  
 & Ordinum milites ad Saslaviam pu-  
 gna 14. Sept. facta est, in qua multi  
 ab vtraque parte, cum præsertim tor-  
 mentis etiam maioribus vterentur,  
 occubuerunt, ex Tampiricis vero qui  
 in Sylvam concesserant, ob anno-  
 næ defectum non pauci, ab agricolis  
 etiam cæsi, perierunt. Bucquoius in-  
 terim cum in Bohemiam appulisset,  
 ibique de incendiis & rapinis ab iis  
 qui sub Tampirensi militabant pas-  
 sim excitatis edoceret, abstinend-  
 um ab illis severissime initio præce-  
 pit. Persuasum ipsi Viennæ erat, mili-  
 tes exercitatos in Bohemia nullos es-  
 se,

se, & præter provinciales agricolas Anno  
 quibus cum pugnaret milites non re- 1618.  
 perturum, verum aliter longe rem  
 habere depræhendit, itaque cum mi-  
 lite instructus sufficiente non esset,  
 mutato, vt Pragam rectâ peteret cõ-  
 filio, in castris se continuit, Bohemis  
 cum duplo majori exercitu ad vnum  
 atque alterum miliare adventantem  
 præstolantibus.

Legati interim ex Moravia Pra- *MoraviBo-*  
 gam venientes Bohemos ad pacem *hemos ad*  
 faciendam hortabantur, quod auxi- *pacem hor-*  
 lio ipsis, donec de re omni rectius in- *tantur.*  
 formarentur, venire nullo modo pos-  
 sent, quo audito Bohemiæ Ordines  
 majorem ipsis Apologiam legendam  
 exhibuerunt. Ea lecta, rem rectius  
 consideraturos, & vt motu omni se-  
 dato pax honestis conditionibus fie-  
 ret ad laboraturos promiserunt.

Silesii tum, ad relationem Ducis *Silesii auxil-*  
 Brigenfis, qui Legatus Viennæ cum *liares copias*  
 ducentis equitibus fuerat, auxiliares *ex itinere*  
 suas copias revocarant, verum à Bo- *revocant.*  
 hemis rectius informati de aliquot e-

B 2 qui-

Anno quatum peditumque millibus auxilio  
**1618.** mittendis spem ipsis fecerunt.

*Pilsna à  
 Mansfeldio  
 obsidetur.*

Hoc tempore Ernestus Mansfeldia Comes, ex bello inter Hispania Regem & Sabaudia Ducem gesto, in Bohemiam cum perfectis & officariis aliquot profectus, & ab Ordinibus ad Pilsnam, quæ Civitas Cæsari constanter adhærebat, & in conatus Ordinum consentire modis omnibus recusabat, armis coercendam & sibi jungendam missus fuit. Cognito eo Pilsnenses pulcherrimum suburbium suum ipsimet accenderunt & in cineres totum redegerunt. Mansfeldius ex suburbio isto molitorem quædam interceptit, ex eoque omnem vrbis statum civium vires, præfidiariorum sub Dornhano, qui literis confectis instructus, militem suum conscripserat, militantium numerum, & bonorum ab Ecclesiasticis potissimum in vrbem translatorum magnitudinem, nec non pulveris & globorum ab Egeranis coemptorum copiam cognovit, itaque admoto ad vrbem e-

xcr-



xercitu, castra statim paravit oppu- Anno  
gnationisque initium fecit. 1618.

Pragam interea captivi aliqui de- *Ordinum*  
lati sunt, qui adulterinis Ordinum *Protestan-*  
gillo munitis literis instructi, militem *tium in Bo-*  
passim conscriptum Pilsnam tradu- *hemia ad*  
xerant. Sparsus autem de Ordinibus *Saxonia Ele-*  
rumor erat, Turcam eos ad facien- *ctorem lite-*  
dum in Hungariam impetum literis *ra.*  
suis sollicitasse. Ut igitur innocen-  
tiam suam omnibus testarentur, lite-  
ris publicis partim affixis, partim ad  
Saxoniae Electorem missis, tametsi  
inquiunt, praeter alia quibus affligan-  
tur incommoda, calumniis etiam a-  
pud Caesarem & principes alios praeter  
omne suum meritum gravati variis  
fuerint, non credidisse tamen inven-  
tum iri aliquem tam impudentis per-  
frictaeque frontis hominem, qui con-  
fingere & palam spargere audeat, au-  
xilium sese a Sultano Turcico per li-  
teras expetiisse, ipsumque ad turban-  
dam bello Hungariam irritasse, quem-  
admodum literarum istarum exem-  
plar ad Caesarem missum sit, Non du-

Anno bitare quidem vanitatem istius si-  
1618. gmenti prudētes facile perspecturos,  
ne tamen calumnia ista vltterius in  
suum prejudicium ab adversariis pro-  
feratur, necessarium putare aliquid  
ad Electorem de ea referre, petere i-  
gitur vt fidem ei non adhibeat, nec  
calumniis ejusmodi deformari se per-  
mittat, religione enim sua prohiberi,  
quo minus cum jurato Christiani no-  
minis hoste consilia tractent, aut in  
Christianorum perniciem eum exci-  
tent. Nihil equidem ejusmodi vn-  
quam cogitasse, sperare etiam, Deum  
ne id facere porro etiam necesse sit,  
clementer prohibiturum. Quod si li-  
terarum aliquid, (quod non sperent  
tamen) proferri hac in parte possit,  
cogitare aliter non posse, quam sigil-  
lis suis ab interceptis forte literis ab-  
reptis turpiter ab usum aliquem, eius-  
modi quid ad Sultatum scripsisse. In  
ea enim suspicione confirmari, quod  
non ita pridem in districtu Pilsnensi  
figilla patentibus suis literis ablata a-  
liisq; ad milites conscribendos confi-  
ctis

Etis opposita, referentibus ex Impe- Anno  
 rio ubi militem Pilsnenses conscripse- 1618.  
 rint fide dignis hominibus, cogno-  
 verint. Quicquid sit, hostibus & ad-  
 versariis suis totum illud acceptum  
 ferendum esse, qui hac in parte, ut in  
 aliis omnibus cupiditati suæ satisfac-  
 cerint. Pro conclusione hoc etiam  
 addere, Cæsariz Majestatis com-  
 missarium Cainum occupata arce &  
 oppido Polnensi, cives Evangelicam  
 religionem amplectentes omnes in  
 arcem convocasse, ibique à præsen-  
 tibus Jesuitis uti abnegata religione,  
 suis accederent partibus monitos, se-  
 verissimis comminationibus additis  
 fuisse, eos vero vitæ potius & fortu-  
 narum omnium quàm religionis ja-  
 cturam facturos respondisse. Appa-  
 rere igitur vel ex hoc unico, quo fine  
 motus istos in regno primum dede-  
 rint, & quod aliud nihil quam reli-  
 gionis negotium ibi agatur, ut ad pa-  
 randum auxilium eo faciliorem sese  
 præbeat.

Apud Mauritium quidem Aurai-

B 4 cum

*OrdinesBo-  
 hemia à*

Anno cum Principem Ordinesque Belgii  
1618. confœderatos pro auxilio impetran-  
do Ordines egerunt, qui in pleno et-  
iam consensu militibus pecuniaque  
juvandos eos decreverunt. An vero  
de Turcis acceptum hoc ab adversa-  
riis fuerit, liberum cuique iudicium  
esto.

*confœdera-  
tis Belgii  
Ordinibus  
auxilium  
petunt.*

*Ordinum  
Bohemia  
ad Cæsarem  
de abducen-  
dis ex regno  
militibus  
litera.*

Ad Cæsarem 25. Septemb. literas  
rursus Ordines dederunt, in quibus  
de militibus incendio & rapinis in  
Bohemia grassantibus, querentes, quis,  
inquiunt, regni status sit, & quantum  
milites Cæsarei tyrannidem passim  
exerceant, ex superioribus suis lite-  
ris cognoscere Cæsarem, Additum in  
literis istis hoc etiam fuisse, à tracta-  
tione pacis admittenda, alienos non  
esse se, dummodo qua ratione securi  
interim ab insultu militum esse pos-  
sint, edoceantur. Interim vero dum  
responsum expectarint, Moraviæ le-  
gatos Pragam advenisse, & uti pro se  
apud Majestatem Cæsariam interce-  
derent in mandatis habere dixisse,  
Gratam sibi curam istam Moraviæ  
Or-

Ordinum fuisse, ad accusationem Anno  
 vero eorum respondere, in mentem 1618.  
 sibi nunquam venisse, ut Cæsarem  
 vlla in re offenderent, Ad defensionē  
 parandam necessitate coactos fuisse,  
 excusatum tamen Cæsarem semper  
 habuisse, quod multis literis testati  
 fuerint, gratiam semper eius expetē-  
 tes, quemadmodum his ipsis etiam  
 literis, ut si quid durantibus turbis i-  
 stis factum sit, quod offendere men-  
 tem eius possit, ignoscendum sibi cle-  
 mentissime expetant. Jam vero cum  
 animadvertant quotidie & experian-  
 tur, quantam milites Cæsarii in re-  
 gno passim tyrannidem exercent,  
 quantopere erga omnes cuiuscunq;  
 sexus & ætatis sint, sæviant, quantum  
 rapinis & incendiis grassentur, quam  
 ædificia & templa tam eorum, qui  
 sub vna, quam qui sub vtraque sunt  
 deformant, & periculum sit, ut nisi  
 pacis tractatio mature suscipiatur, in-  
 comparabile Regno damnum inde  
 accidat, his de causis orare Cæsarem,  
 ut habita malorum istorum ratione

B § ex-

Anno extremam à regno suo perniciem à  
1618. vertat, milites incendio omnia sub-  
vertere & in sanguinem Christianum  
adeo sævire non permittat, sed regni  
rursus finibus abducendos curet, &  
in tractationem, de qua ex Electorum  
litteris cognoscere prolixè potuerit;  
clemētissimè cōsentiāt, promptamq;  
ad eam Electorum operam requirat.  
Hoc enim factō promittere, milites  
fese, vbi levationem malorum per-  
ceperint, ad defensionem suam solū-  
modo conscriptos exauctoratos, &  
expeditiones bellicas omnes inter-  
missuros esse.

*Cæsaris ut  
arma depo-  
nant adBo-  
hemos ad-  
monitio.*

Ad literas istas respondens Cæsar,  
tametsi, inquit Ordinum istam excu-  
sationem approbare per omnia peti-  
tionique eorum subscribere eo casu  
non possit, singulari tamen commi-  
seratione & dolore ex interitu & sub-  
versione Regni sui percepto, commo-  
tum, priusquam literas istas accepis-  
set, ad illustriss. Moguntinum, Pala-  
tinum, Saxonixque Electores & Ba-  
varix Principem dirigendas literas,  
eos-

eosq; vti medios sese interponerent Anno  
rogandos censuisse. Quamprimum 1618.  
igitur responsum ab eis acceperit, i-  
psoque obedientiam suam debitam  
ipso jam facto & opere declarare vi-  
derit, de loco & tempore, aliisque ad  
tractationem istam suscipiendam ne-  
cessariis porro deliberaturum, gra-  
tiamque & bonitatem suam omnibus  
abunde declaraturum, si nimirum ar-  
mis, que ipsi priores arripuerint, de-  
positis, militem dimiserint, à dire-  
ctione & Provinciali administratio-  
ne, ad se Regem solum pertinente  
abstinuerint, & ad promulgati Edicti  
sui præscriptum sese composuerint.  
Hoc enim facto operam daturum, vt  
certus in Bohemia locus militib. suis,  
vbi nimirum de stipendio ipsis satis-  
fieri, & de annona, præsentis ab ipsis  
pecunia redimenda, prospici possit,  
determinetur, iniquum enim esse, fi-  
delibus suis Austriæ Moraviæq; sub-  
jectis molestiam aliquam militū præ-  
sentia creari, Bohemis tamen mole-  
stos esse minimè debere, quemadmo-  
dum

Anno dum ea de re Electores pluribus per  
1618. scripserit, à quibus omnia plenius co-  
gnituri sint. Sperare igitur futurum,  
vt mandatis suis satisfaciant, militem  
suum rapinis & incendiis miserè o-  
mnia deformantem dimittant, depo-  
sitisque armis à directione, provin-  
cialique administratione abstineant,  
ne pœnis Edicto suo expressis in eos  
animadvertendi, causam habeat.

*Ordines Bo-  
hemia pro-  
testantes le-  
gatos ad  
Principem  
Bavaria  
mittunt.*

Accepto hoc à Cæsare responso,  
legatos statim cum literis ad Maxi-  
milianum Bavariæ Principem Ordi-  
nes miserunt, qui à Consiliariis ab-  
sente Duce admissi, tametsi, inqui-  
unt, de statu suo, qui sub vtraque sunt  
in Bohemia Ordines certiore Prin-  
cipem per literas fecerint, nullique  
dubitent, quin ex illis, vt & ex trans-  
missa Apologia sua, & aliorum rela-  
tionibus, quid in puncto exercitii re-  
ligionis Augustanæ Confessionis in-  
recepta ab Impetio religionis pace  
fundatæ, acciderit hætenus & etiam-  
num accidat, attamen cum sermones  
ea de re varii spargantur & non igno-  
rent



rent dissimilibus istis & ad invidiam Anno magna parte confictis relationibus 1618. perverti auditorum animos & in dubium variumque sensum adduci facile posse, verissima relatione de rebus gestis omnibus Principem informandum censuisse, ut nimirum quibus causis impulsis defensionem pararent militemque conscripserint exploratum haberet. Religionis zelum omnibus hominibus à Deo & natura inditum, Ordines Bohemiæ, qui sub vtraque sunt, impulisse, ut tametsi longo jam tempore sub defunctis Imperatoribus Christianæ suæ religionis exercitium in lingua Bohemica liberum haberent, eo tamen non contentos id egisse, ut pro evitando omni periculo, & libero exercitii istius usu in Germanica etiam lingua retinendo atque ad posteritatem suam propagando confirmatum Regiæ Majestatis diplomate privilegium eo nomine à Rudolpho Cæsare acciperent, Illud autem Majestatis diploma, quo libertas exercitii illius in vtraque lingua

Anno 1618. qua Ordinibus confirmata fuit, præ-  
sentem Imperatorem & Regem suū,  
ratum gratumque habuisse, conser-  
vaturumque Ordinibus mediante  
jurejurando sanctè pollicitum esse,  
Ordines igitur securos, iam de exerci-  
tio isto à Majestate Cæsaria redditos  
cogitare nullo modo potuisse, futu-  
rum vnquam, vt vel extraneus ali-  
quis, nedum indigena, quem quidem  
patriæ tranquillitatē promoveri mo-  
dis omnib. deceret, impetratis istis &  
tātorum Imperatorum Majestate fir-  
matis privilegiis se opponeret, & fa-  
ctas inter eos sub vna & sub vtraque  
eo solum fine, vt pax & concordia in  
regno conservarentur & nemo vel  
impugnaretur vel ob religionem tur-  
baretur, conventiones impugnaret  
& contemeret, cum præsertim con-  
stitutionibus Regni sub pœna pacis  
publicę turbatoribus debita prohibi-  
tum id esset, nihilominus tñ aliquos  
non indigenas solum, sed alienigenas  
etiam, ad summas tamen dignitates,  
opes & honores in Bohemia euectos  
pro-

promotosque, qui id facerent reper- Anno  
 tos esse. Tantum enim machinatio- 1618.  
 nibus suis jam effecisse, ut ni Deus co-  
 natus ipsorum mirabiliter manife-  
 stasset, de privilegiis istis actum pro-  
 culdubio fuisset. Ex illis equidē quos  
 Cæsar Praga excedens vicarios quasi  
 & administratores regni reliquerat,  
 non longius solum quam par erat ali-  
 quos progressos esse, sed ex Jesuitarū  
 instinctu Cæsarē etiam sibi cōciliaffe,  
 ita ut sub ejus auctoritate & nomine  
 in actum omnia producere, Ordines  
 sub vtraq; accessu ad Cæsarem pro-  
 hibere, querelas ipsorum pervertere  
 & in ejusmodi sensum detorquere  
 haudquaquam dubitarint, ut pro re-  
 sponso benevolo, acerbissimas com-  
 minationes de vitæ, fortunarum di-  
 gnitatumque omnium amissione ac-  
 ceperint & reportarint. Ordines in-  
 terim non sine dolore & perturba-  
 tione maxima vidisse, quam frequen-  
 tes apud ipsos Jesuitæ fuerint, quam-  
 que conatus ipsorum studiose pro-  
 moverint, non quiescentes donec i-  
 gnem

Anno gnem vndique accensum viderent.  
 1618. Eos enim non pro concione solum,  
 sed & editis in publicum libellis gra-  
 viter in Protestantes debacchari, di-  
 ris eos omnibus devovere, religio-  
 nem confessionemq; ipsorum, in qua  
 salutem animarum suarum positam  
 statuunt, calumniis turpiter proscin-  
 dere, & nefariæ impiæque hæreseos,  
 quæ Trinitatem non credat, verbum  
 & sacramenta non habeat, conjugium  
 non agnoscat, omnia divina & huma-  
 ne jura igne & gladio prosequatur,  
 palam insimulare, Protestantes vero  
 ipsos hæreticos pessimos, igne & gla-  
 dio exterminandos proclamare, ve-  
 ritos haud quaquam fuisse. Quin vl-  
 terius etiam progressos apud asseclas  
 suos, quibus Regni administrationem  
 absente Cæsare commissam sciverint,  
 in consultationes politicas omnes in-  
 quisivisse, ad propositum suum eos di-  
 rexisse, eosque ita occupasse & pra-  
 vis suis suggestionibus eo perduxisse  
 vt insciis & inconsultis ipsis nihil licet  
 sanctissimum justissimumque quic-  
 quam

quam vel statuere vel facere amplius Anno  
 auderent. Inde multas jam confu- 1618  
 siones, persecutiones & bonorum  
 oppressiones in Regno extitisse, quas  
 multi etiam ex Catholicis approbare  
 minimè potuerint. Ad conatus igi-  
 tur & machinationes istas tacere di-  
 utius Ordines non potuisse, sed pro  
 confusionibus aggravationibusque  
 istis abrogandis, Regnoque in melio-  
 rem statum componendo, & dissen-  
 sionibus inter eos sub vna & sub vtra-  
 que tollendis, exemplum illud de  
 quo in Apologia dictum, in personas  
 quasdam statuisse, & Jesuitis, utpote  
 qui causa confusionum istarum omniū  
 essent, ex regno tranquille disceden-  
 di copiam fecisse, qui etiam cum præ-  
 ciosiori quaque supellectile sua (tam-  
 etsi longè aliud promeriti essent) sine  
 vlla offensione quiete abierint, col-  
 legio, Bibliotheca & omni ornatu i-  
 psorum in fide Ordinum relictis. Illa  
 autem omnia jure merito ab Ordini-  
 bus facta esse, diplomate Majestatis  
 in puncto liberi religionis exercitii i-

C plis

Anno p̄lis concessio ; transactionibus inter  
 1618. eos sub vna & sub vtraque factis : Co-  
 mitiorum recessibus & constitutio-  
 nibus Regni Bohemiæ procedendum  
 aduersus eos, tanquam pacis publicæ  
 turbatores permittentibus. Invitos  
 quidem ad extrema ista Ordines pro-  
 cessisse, aliter tamen quod id status  
 Regni & salus publica summe flagi-  
 tarent, facere nullo modo potuisse.  
 Quod autem ad susceptam defensio-  
 nem & conscriptum ab Ordinibus  
 militem attinet, rogare Principem, vt  
 nō cogitet, nec persuaderi sibi à quo-  
 quam patiatur, in alicujus pacifici ho-  
 minis, cujuscunq̄ue Ordinis & reli-  
 gionis sit, præjudicium, multo minus  
 vero in Majestatis Cæsariæ offensio-  
 nem, sed multo potius in ejus & pa-  
 triæ communis defensionem com-  
 paratum exercitum istum esse, vt ni-  
 mirum turbatoribus liberi exercitii  
 Religionis occurratur, & peruersi a-  
 liqui, qui aggravationum & turbatio-  
 num istarū auctores depræhensi sint,  
 & Cæsarem aduersus Ordines sub v-  
 tra-

traque etiamnum instigare & patientia bonitatemque ejus abuti non cessent, Anno  
 ad supplicium debitum pertrahantur, 1618.  
 & sua exercitio religionis a securatio  
 constet, ne scilicet in perpetuo timore  
 vivere amplius Ordines cogantur, sed Deo & Cæsari, conjunctis  
 cum fratribus suis qui sub una sunt, votis  
 servire tranquille & quiete possint, cum præsertim  
 hostes & adversarii sui malis informationibus  
 & calumniis apud Cæsarem etiam effecerint,  
 ut copiosum in regnum exercitum miserit,  
 atque ita suam libertatem sequere  
 universos cum vxoribus & liberis suis  
 adversus armatam istam vim tueri atque  
 defendere Ordines coegerit. Cum igitur  
 constet inde, ita adversus impugnatores  
 & turbatores liberi exercitii religionis  
 & pacis publicæ, eorumque instigatores  
 Jesuitas procedendi, causas satis graves  
 justasque Ordines ex læsa patientia  
 habuisse, & hoc defensionis negotium  
 non contra Cæsarem, sed pro eo ejusque  
 Majestate & patriæ totius salute

Anno lute adversus pacis publicæ turbato-  
1618. res adserendis illisque debito suppli-  
cio afficiendis cœptum atque consti-  
tutum esse, quemadmodum qui sub  
vna sunt Ordines plerique, paucis so-  
lum exceptis, habito conventu id a-  
gnoverint, & se cum illis in negotio  
isto propterea etiam conjunxerint,  
Principem quem persuasum omnino  
habeant, pro benevolo erga regnum  
istud & omnes tres in eo Status affe-  
ctu suo, non permitturum, ut injuria  
aliqua afficiantur & præter omne  
meritum suum male affligantur, ea  
qua par est submissione petere, ut mi-  
litem nec conscribi in ditione sua,  
nec conscriptum transportari in Re-  
gni Bohemiæ perniciem vllum per-  
mittat, sed commendatos sibi Ordi-  
nes habeat, patrocínio suo defendat  
& apud Cæsarem pro eis (quod faci-  
le possit) intercedat, efficiatque ut  
concessa Ordinibus privilegia tanta  
tectâ conservet, & malis adversario-  
rum informationibus aurem nõ præ-  
beat, sed fideles sibi subiectos audiat,  
gra-



gravamina ipsorum cognoscat & in Anno  
 convictos pacis publicæ turbatores 1618.  
 exemplari pœna animadvertat. Hoc  
 enim factò, futurum, vt periculum o-  
 mne à regno isto avertatur, pax &  
 tranquillitas in eo instaurentur, ani-  
 mi subditorum magis magisque ipsi  
 concilientur, firma inter Catholicos  
 & Protestantes concordia conserve-  
 tur, ad finem bonum omnia perdu-  
 cantur, ipsiq; sempiterna laus & glo-  
 ria apud omnes inde comparetur.  
 Hoc ipso gratius officium Ordinibus  
 facere non posse, ipsosque vt omni  
 officiorum genere compensare illud  
 possint, operam omni studio semper  
 duros.

Ad Saxoniam Electorem in puncto  
 interpositionis & suscipiendæ tracta-  
 tionis literas in hanc sententiam Cæ-  
 sar dedit: Ex superioribus 6. Augusti  
 scriptis literis, perspicere eum potuif-  
 se, inquit, quemadmodum in nego-  
 tio, turbas regni Bohemiam concer-  
 nente, posthabitis omnibus, qui quo-  
 tidie in eo fiant excessibus, natura-

*Cæsaris ad  
 Electorem  
 Saxoniam in  
 puncto in-  
 terpositio-  
 nis litera.*

Anno lem bonitatem gratiamque suam rī-  
1618. gori & fervori juris præferre decre-  
verit; quemadmodum item & qua  
conditione consentire in propositam  
ab ipso interpositionē decreverit. In-  
terim literas à præfractis & contuma-  
cibus suis subditis accepisse, in quibus  
propius aliquanto ad obediētiam ac-  
cedere videantur, Cum igitur nihil  
restet & desideretur amplius, quam  
vt prædicatam verbis obediētiam,  
re ipsa etiam declarent & dignos se  
se gratia sua faciant, hoc quidem casu  
non repugnare, quin propositum in-  
terpositionis & compositionis me-  
dium adhibeatur. Literas igitur hoc  
nomine, vt ad eum, ita & ad Mogun-  
tinum Palatinumq; Electores & Ba-  
variz Principem dedisse. De loco ve-  
ro & tempore instituendi conventus,  
simulatque de obediētia ipforum  
suffICIENTER edoctus fuerit, quemad-  
modum etiam de modo, quo compo-  
sitionē istam fieri quam optimè posse  
existimet, ad ipsum referre velle. Pe-  
tere igitur, vt ad futuram istam ad-  
moni-

monitionem negotium istud suscipere - Anno  
 re, & ad destinatum tractationi lo- 1618.  
 cum (cui Pilsnam forte cōvenire pos-  
 se putet) ipsemet proficisci, omniaq;  
 ad eum quem præscripturus sit mo-  
 dum dirigere non intermittat, vt ita  
 turbis istis sublatis pax & tranquilli-  
 tas in regno isto suo exoptata rursus  
 constituatur.

Acceptis his literis, Ordines sta- *Electoris*  
 tim certiores de eis fecit Elector, & *Saxonis ad*  
 decrevisse tandem Cæsarem ad in- *Ordines Bo-*  
 stantiam & petitionem suam, inquit, *hemia de*  
 tractationis illud negotium Mogun- *suscipienda*  
 tino, Palatino, sibi & Bavarix Princi- *tractatione*  
 pi committere, & quibus ea institui *compositio-*  
 debeat, locum tempusq; brevi aperi- *nis litera.*  
 re. Gratam eam Cæsaris significatio-  
 nem sibi fuisse, seque ad tractationem  
 istam promptissimo animo accessu-  
 rum. Cum autem animadverterit,  
 cunctari aliquantum Cæsarem & lo-  
 cum tempusque designare nondum  
 velle, non intermisisse. quin moneret  
 eum, vt negotium istud pro periculis  
 majoribus à Regno avertendis, ina-

Anno etiam quamprimum produceret, in-  
 1618. terim cum intelligat, vt in tractatio-  
 nem istam Cæsar consentiret, debita  
 quam in literis suis promiserint, sub-  
 missione ipsorum factum esse, moni-  
 tos eos velle, vt ita pergant & obedi-  
 entiam suam debitam re ipsa decla-  
 rent, vt Cæsare ita magis magisque  
 placato, ad quietem omnia felicius  
 componantur, & periculum à Re-  
 no vicinisq; locis omnibus tandem  
 auertatur.

*Ordines Bo-  
 hemia ad  
 literas Ele-  
 ctoris Saxo-  
 nia respon-  
 dent.*

Data erant hæc literæ 21. Septemb.  
 Ad eas respondentes Ordines, in diu  
 desideratam tractationem Cæsarem  
 consensisse, ipsiq; & aliis Electoribus  
 atque Principibus eam commendare  
 velle, loco & tempore quibus insti-  
 tuenda, denominatis, lubenti admo-  
 dū animo cognovisse inquirunt, Deū-  
 que rogare, vt mentem Cæsaris ita  
 regat, vt bonum effectum tractatio  
 ista consequatur, auctoritas Cæsaris  
 conservetur, suaque Ordinibus exer-  
 citii religionis libertas adseratur &  
 maneat. Cæterum tractationem istam,  
 quan-

quantum ex exemplo literarum Cæsaris perspiciant, liberam fore minime putare, in qua probationibus pro & contra auditis, dijudicatio Electori permittatur, Cæsarem enim etiamnum cunctantem conventum istum differre. Inde vero colligi aliud nihil posse, quam, ut ex literis etiam Cæsaris pateat, de submissione, obedientia & pœnitentia Ordinum certum eum priusquã ad tractationem perveniat, fieri velle. Se quidem coram Deo & ipso fateri, aliud sibi animi nunquã fuisse, quam ut sese coram Cæsare humiliarent, pro Rege suo solum eum agnoscerent, & debita sua subjectione placatũ sibi reconciliarent, Quod si vero sub prætextu debitæ submissionis & obedientiæ, aliud quid ab adversariis (quod verisimile quidem sit) quæratur, idquæ agatur, ut de ejusmodi attentatis doleant, quæ nec fecerint, nec facere vnquam cogitarint, participes se alienorum delictorum facere non posse, sed æquum putare, ut de gravaminibus suis ab adversariis

C 5 riis

Anno riis se vindicent potius, quam in sub-  
1618. missionem ejusmodi, nondum etiam  
auditi consentiant. Culpam malorū  
istorum non Cæsari, (quem excusa-  
tum satis habeant) sed ipsis adverfa-  
riis suis imputare, & propterea Ele-  
ctorem rogare, vt tractationis istud  
negotium diligenter apud Cæsarem  
promoveat, nec procrastinari & dif-  
ferri diutius patiatur, multo min<sup>9</sup> ve-  
ro affingi sibi aliquid permittat, cu-  
ius rei nunquam facti fuerint. Quod  
ad destinatam tractationi urbem  
Pilsnam attinet, eam convenire ne-  
gotio isti (salvo tamen Electoris ju-  
dicio) minimè putare, nec Ordinibus  
etiam protestantibus consultum esse  
vt ad eam se recipiant, idque partim  
propter incolas ejus, qui omnes Ro-  
mano-Catholici sint & Protestanti-  
bus non parum infensi, partim quod  
Directoribus absentibus, incommo-  
dum inferri Pragensibus oppidis fa-  
cilè possit. Hostes enim suos minimè  
quiescere, sed sub specie institutę tra-  
ctationis crudelem suum conatum  
ma-

magis magisque promovere, & oppi- Anno  
da varia occupare, diripere, vastare. 1618.  
quemadmodum non ita pridem op-  
pidum arcemque Petfama-Cammit-  
fensem per insidias occuparint, mise-  
reque vastatam praesidio firmarint.

Sub initium Octob. vniti Imperii *Vniti Impe-*  
Electores, Principes Ordinesq; con- *rii Electores*  
uentum Rotenburgi celebrarunt, & *principes &*  
litteras ad Caesarem tali sensu dede- *Status con-*  
runt: Quantum dolorem, inquit *uentum Ro-*  
ex turbis incendioq; in Bohemia nu- *tenburgi ce-*  
per excitato perceperint, quamque *lebrantes li-*  
solliciti de vicinis locis eo quoq; cor- *teras ad Ca-*  
ripiendis fuerint, nolle se prolixè cõ- *esarem mit-*  
memorare, cum quantum pax pub- *tunt.*  
lica bonum sit, ex natura & experien-  
tia satis constet. Sub initium autem  
turbarum istarum, non permissurum  
Caesarem sperasse, vt regnum illud  
bello tam cruento involveretur, sed  
id potius operam pro innata sua bo-  
nitate daturum fuisse, vt eiusmodi  
adhiberentur media, quæ ad adserẽ-  
dam Majestatem suam Caesariam, &  
subditos in obedientia continendos,  
pa-

Anno pacem item in regno conservandam,  
 1618. vitato omni, cujus eventus semper  
 dubius, exitus miserabilis sit, civili  
 bello, facerent. Spe ista sua frustratos  
 omnino non fuisse. admonitum enim  
 ab Electoribus, Commissarium ali-  
 quem in Bohemiam, qui militem ab  
 omni injuria, ante adventum suum  
 exercenda prohiberet, missurum au-  
 divisse. At vero experientia postmo-  
 dum edoctos cognovisse, perfectos  
 quosdam Cæsarios cum exercitu re-  
 gnum ingressos, loca quædam inter-  
 cepisse, flammaque & ferro tantam  
 crudelitatem exercuisse, ut ne mulie-  
 ribus infantibusque pepercerint, sed  
 talia designarint, quæ inter Christia-  
 nos audita vix antea fuerint. Excusa-  
 tam quidem Majestatem suam omnes  
 habere, quod pacificum ejus animum  
 tale quid admittete non posse sciant.  
 Quid vero excusationis allaturi sint  
 qui ad bellum maximè propensi ex-  
 traneorum potius & privatis suis stu-  
 dere commodis, quam Imperatoris  
 & Regis sui totiusque regni spectare  
 salu-



salutem videantur, videre nullo mo- Anno  
do posse. Eum enim Regni Bohemiæ 1618.  
statum conditionemque jam esse, ut  
periculum sit, ni maturè malis istis  
prospiciatur, futurum tandem, ut de-  
speratio apud Bohemos, apud vicinos  
vero alios gravissimæ suspiciones sub-  
oriantur, quæ in nervum aliquando  
erumpant & generalem seditionem  
rerumque omnium perniciosam (quam  
fieri sub imperio eius nolint) muta-  
tionem excitent. Non ignorare Cæsarem  
quantæ ex religionis & aliis gravami-  
nibus, ni remedium ipsis mature ad-  
hibeatur, existere incommoditates  
soleant. Cum igitur Protestantes in  
Bohemia Ordines de gravaminibus  
multis & variis, ipsis super acquisito à  
Rudolpho Cæsare & ab ipso postmo-  
dum confirmato Majestatis diplo-  
mate ab invidis quibusdam illatis  
gravissimè conquerantur, futurum  
non dubitare, quin si querelis istis au-  
diendis & gravaminibus recte cogno-  
scendis aliquantulum temporis adhi-  
bere Cæsar voluerit, ab ira sua rece-  
den-

Anno dendi, & optatam Regno pacem re-  
 1618. stituendi causæ satis habiturus, idque  
 eo magis quod ad componendum  
 negotium istud operam suam multi  
 Electores & Principes promptissimã  
 obtulerint. Gratum sibi fuisse, quod  
 admissurum tractationem istam Cæ-  
 sarem audierint, tantorum enim quæ  
 non Regno solum, sed vicinis etiam  
 regionibus immineant malorum, re-  
 medium aliud esse nullum putare.  
 Eam ob causam precibus etiam suis  
 promovendum opus illud censere,  
 Cæsaremq; rogare, vt lenitatis viam  
 ingressus, de ira sua remittat, & sub-  
 latis quibus tractationem suscipien-  
 dam conditionibus voluerit, ad opus  
 ipsum quamprimum progrediatur,  
 quod pacem impedire quoquo mo-  
 do possit, abroget, militem à rapinis  
 & incendiis abstinere faciat, quin ex  
 regno etiam planè revocet, vt pax eo  
 melius in regno constitui & ad quie-  
 tem componi omnia eò rectius per  
 Dei gratiam possint, nec, contrarium  
 si fiat, conjunctis non solum Bohemiæ  
 Re-

Regno Protestantibus, sed & passim Anno  
in Imperio habitantibus suspiciones 1618.  
moveantur, eos, qui vel inscio (sic enim  
existimare) Cæsare turbas istas  
dederint, ad pacem religionis toto  
Imperio abrogandam, & religionem  
ipsam exterminandam, quod ad diffi-  
dentiam in animis majorem passim  
excitandam, & expeditiones belli  
maiores passim suscipiendas facere  
quam maximè possit, processuros.  
Durantibus equidem & magis ma-  
gisq; invalescentibus turbis istis, pe-  
riculum esse, ne Christianis in pro-  
pria viscera sævientibus, & Hungariæ  
propugnaculis commeatu omni bel-  
lico ad turbas istas adhibito nudatis,  
ad irruptionem faciendam exoptata  
Turcis occasio præbeatur. Hoc igitur  
ne fiat prohibitorum Cæsarem,  
admissisq; tam salutaribus Ordinum  
Imperii admonitionibus operam da-  
turum, ut ab interitu Regnum Bo-  
hemix vindicetur, Quin pace etiam  
instaurata, ad abroganda quibus op-  
pressos se jam pridem conquesti Pro-  
testan-

Anno testantes fuerint gravamina accessu-  
1618. rum sperare. Hoc enim facto, consta-  
re Imperio decus suum, & pacem Re-  
gno restitutam ad posteros propagari  
commodè posse.

*Ledenber-  
gius sibi ipse  
mortē con-  
fiscit.*

De præcipuorum quorundam vi-  
rorum in vnitis Belgii provinciis oc-  
cultâ conspiratione inque carcerem  
confectione superiori libro dictum.  
Ex illis Ledenbergius confessus fuit,  
vt egisse eos, vt vinculum vnionis Bel-  
gicarum provinciarum rumpere;  
Provincias disjungerent; Mauritium  
Principem ab imperio removerent;  
Religionem prostituerent, seque in-  
vicem sanguine fortunisque omnibus  
juvarent; Eo enim nomine cum ex-  
ternis quibusdam Principibus jam  
communicasse & mentem consilia-  
riorum quorūdam pertentasse: Tau-  
rinum præterea famosum libellum,  
Bilancem dictum composuisse. Utē-  
bogartum eum correxisse & Traje-  
ctensibus legendum exhibuisse, eo  
scilicet fine, vt vnioni renunciantes  
religionem mutarent, **Mauritium**

Au-

Auraico-Principem ab imperio re- Anno  
 moverent, contradicentes conatibus 1618.  
 istis vrbes bello involverent, & auxi-  
 lium ab Hispano Galloque Regibus  
 & Brabantia Duce expeterent, Ul-  
 trajecto, Noviomago, Bergopsoma &  
 Briela in potestatem ipsorum traditis  
 & oppignoratis. De capitibus hisce  
 interrogati postmodo Hogerbetus,  
 Grotius & alii etiam fuerunt, Leden-  
 bergius vero cum cogitare facile pos-  
 set, qualem ea res exitum habitura  
 esset, violentas sibi ipsi per despera-  
 tionem manus, pectus suum cultro  
 bis perfodiendo & jugulum, ut mor-  
 tem maturaret, incidendo, nocturno  
 tempore attulit, misereque ita vitam  
 suam finiit. Filius ejus septendecim  
 annorum juvenis qui temporis fal-  
 lendi gratia adjunctus ei fuerat, cum  
 ex somno forte expergiscens, factum  
 animadvertisset, magna vociferatio-  
 ne custodes in clamavit, qui carce-  
 rem ingressi exanimem eum & vita  
 jam defunctum depræhenderunt. Fi-  
 lium is prima nocte allocutus, fecisse  
 D dixit,

Anno 1618. dixit, quæ vitæ fortunarumq; dispen-  
dium allatura essent. Corpusejus e-  
xenteratum instigatori asservandum  
donec in iudicio de eo cognoscere-  
tur, commissum fuit, intestina vero  
ab amicis in templo solenniter huma-  
ta, eruta rursus Ordinum iussu, & lo-  
co infami defossa in terram fuerunt.

*Magistra-  
tus passim  
in Hollan-  
diæ & Se-  
landiæ re-  
formatus.*

Auraicus interim Princeps Mau-  
ritius coeptam Magistratum per ci-  
uitates Hollandiæ & Selandiæ refor-  
mationem modis omnibus promo-  
vit, Lugduno Delphos, Edamum,  
Harlemum, Schidamum, Gorcumã,  
Oudevateram, Verdenam, Min-  
quedamum, Medemblicam, Hor-  
nam, Alcmariam, Enchusam, Rote-  
rodamum, Goudam, Schonhofam,  
Mittelburgum, Brielam & loca alia  
cum tribus Sclopetariorum millibus,  
eorumque præfectis, octoginta cur-  
ribus navibusq; impositis, profectus,  
quibus in locis omnibus splendide  
exceptus habitusque fuit.

*Gemnitfen-  
se oppidum  
à Casaria-*

Sub initium Octob. Tampirensis  
stratagemate aliquo vsus, Gomnit-  
fen-

fense oppidum interceptit, missis enim Anno  
 quinquaginta equitibus, commea- 1618.  
 tum Turrensis Comitibus nomine à ci- nis interce-  
 vibus expetiit, eosq; intromissos qui<sup>ptum.</sup>  
 in insidiis positi erant milites è vesti-  
 gio secuti sunt. Erat in oppido satis  
 magna annonæ & aliarum ad victum  
 pertinentium rerum copia, quam o-  
 mnem interceptâ ad Cæsarianorum  
 militum castra, quibus Pilsna & feræ  
 sylvestres victum eo tempore suppe-  
 ditabant, detulerunt. Equitum Brun-  
 suicensium interim turmæ aliquot à  
 comite Hohenloënsi conscripti, per  
 Pragam castra versus profecti sunt.  
 Erant isti multa præda & rebus, quas  
 agricolis passim eripuerant, variis o-  
 nuisti, Eas, dum per pontem Pragen-  
 sem iter facerent, adimi ipsis Directo-  
 res, Tseradini opera, & agricolis, e-  
 quos maximè vaccasque restitui cu-  
 rarunt. Castra tum Bohemica ex tri-  
 ginta equitum peditumque millibus  
 constare dicebantur, qui Cæsaria-  
 nos ad summam redigere angustiam  
 potuissent facile, ni defensiva rem et-  
 iam-

Anno iamnum agere, & vltiori in regnum  
 1618. progressu eos prohibere maluissent,  
 Eorum qui ex Belgio advenerant e-  
 quitum ad quinquaginta, cum Ma-  
 gistri sui consensu impetum in trecen-  
 tos Cæsarianos Equites in Sylva con-  
 stitutos 12. Octobr. fecerunt. Erant  
 autem in duo agmina divisi, cum igi-  
 tur & à tergo & à fronte simul eos im-  
 peterent, ipsique multo plures in co-  
 mitatu esse putarent, factum est, vt  
 metu perculsi maximo fugam arri-  
 puerint, & præter cæsos aliquot, vi-  
 ginti equites, equorum & rerum alia-  
 rum prædam non exiguam in pote-  
 state ipsorum reliquerint.

*Tampiren-  
 sis Viennam  
 profectus  
 novum e-  
 xercitum  
 comparat.*

Tampirensis paulo post cum offi-  
 ciariis quibusdam Bohemia excedens,  
 Viennam versus inter suum instituit,  
 Comite Bucquojo generali Cæsaria-  
 norum duce, cuius ipse imperium in  
 quibusdam detrectabat, in castris re-  
 licto. Comparavit autem sibi post-  
 modo peculiâres copias, à quib. quæ-  
 admodum etiam ab illis quas Fugge-  
 rus sub imperio stipendioque Hispa-  
 nico



nico ducebat, damni in superiori Au- Anno  
stria datum quamplurimum fuit. 1618.

Silesii interim auxiliares suas co- *Silesii Bo-*  
pias in Bohemiam magno numero *hemis auxi-*  
miserunt, factique istius sui rationes *liares copias*  
edito in publicum scripto omnibus *mittunt.*  
exposuerunt. Postquam inquit, ad  
indicta Cæsaris jussu ab illustrissimo  
Silesiæ Duce Joanne Christiano co-  
mitia, proceres Ordinesque silesiæ  
frequentes convenissent, proponen-  
dumque ipsis Cæsar per Commissa-  
rios suos curasset, tametsi ista duorum  
consiliariorum, & secretarii eorum  
per fenestram præcipitatione læsus  
gravissime & offensus esset, motu ta-  
men omni bellico intermisso, ordina-  
ria juris via factum istud componen-  
dum censuisse, Ordinibusque Bohe-  
miæ Edicto publico, privilegia ipsis  
omnia cum diplomate Majestatis cō-  
servatum, & gravamina omnia ex  
Regni constitutionibus comitiorum-  
que recessibus abrogatum iri, quam-  
primum, missis Commissariis, denū-  
ciasse, Moneri igitur curasse, ut ex-

Anno 1618. si quem cōscripissent militem, quod & ipse facturus esset, exauctorarent. Ordines vero neglectis istis omnibus superbe non solum respondisse, sed ad arma statim confugisse & exercitum indies majorem comparasse. Coactum inde fuisse, conscriptum suum exercitum in regnum introducere, quamvis ut ad Edicta sua se cōponentes, arma deponerent, & ab expeditione bellica abstinerent, monendos eos denuo, priusquam promoverentur copiæ, curarit, gratiam ipsis omnē ubi id fecissent, offerendo, & quod aliter in promissam tractationem consentire nō posset, expresse ipsis denunciando. Turbas equidem istas religionis negotium non concernere atque ita ad factam cum Silesiis vnionem minimè pertinere, nec causam, eos in perpetrati delicti negotio armata manu iuvandi aut patrocinium ipsorum suscipiendi, vel ex vnione vel ex jurejurando quo invicem obstricti sint vllam Silesios habere.

bere. Habita deliberatione in me- Anno  
 moriam sibi revocasse, quid 20 Au-1618.  
 gusti ad Majestatem Cæsariam scri-  
 pserint, & quam fideliter per legatos  
 suos de ingenti, quod ex motibus &  
 turbis ejusmodi existere sæpe soleat  
 periculo, monendam eam curarint,  
 cum nullum bellū sit, quod non sum-  
 mam mutationem, regionum desola-  
 tionem, religionis pacisq̄ publicæ  
 prophanationem, legum constitutio-  
 numq̄; everfionem, magistratus con-  
 temptum, commerciorum omnium  
 perturbationem & genus omne ma-  
 lorum secum trahat atque importet,  
 petiisse igitur vt omni adhibita mo-  
 deratione, media adhiberet ejusmo-  
 di, quæ ad periculum omne averten-  
 dum, pacemq̄; in Regno conservan-  
 dam facere possent, idq̄; eo magis  
 quod columnas Imperii, Electores  
 nempe præcipuos, de quorum fide  
 dubitatum nunquam sit, amicæ in-  
 terpositionis compositionisq̄; ne-  
 gotiū tantoperè vrgere videret. Non  
 intermisisse etiam Protestantes in

Anno Bohemia Ordines sollicitare, vt mo-  
1618. derata consilia adhiberent, & hone-  
sta compositionis media non recusa-  
rent. Jam vero de ipsis, ex legatorum  
suorum relatione literisque ipsorum  
constare, quod coram Deo totoque  
mundo testentur, fideles se Cæsaris  
subditos permansuros, declarationē  
Cæsaris de adhibenda tractatione  
gratissimam sibi esse, & sumō vt in a-  
ctum producaturo desiderio expecta-  
re, dedisse etiam eos ad Ferdinandū  
Regem & Maximilianum Archidu-  
cem eo nomine literas, & promoveri  
interpositionis istud negotium mo-  
dis omnibus expetiisse. Quod autem  
à cœpto defensionis negotio, donec  
de amicabili tractatione, gravami-  
num religionis abrogatione, & diplo-  
matis Majestatis confirmatione certi  
securiꝫ fiant, abstinere non possint,  
invidorum & religionis pacisꝫ odio  
flagrantium consiliariorum causa so-  
lum fieri, quorum aliqui ipso statim  
initio non solum à Majestatis diplo-  
mate, sed & à transactione cum illis  
quid

qui sub vna sunt & eam secuta anni- Anno  
stia ipsos se exemerint, hoc ipso quo 1618.  
erga Majestatis diploma animo es-  
sent satis declarantes, aliqui Prote-  
stantium offensionibus summopere  
delectati, multa in religionis perni-  
ciem excogitare quotidie visi fue-  
rint. De turbis istis æquis conditio-  
nibus componēdis spem ipsis factam,  
sed nullas etiamnum perspicere & a-  
nimadvertere vllis in edictis potuis-  
se. Quin imó cum dolore jam perci-  
pere, persuasum esse Cæsari, religio-  
nis non agi negotium, & templi Clo-  
stergrabiensis everfionem, Brunavi-  
ensiumq; incarcerationem diploma  
Majestatis non concernere, sed co-  
herendos tantum inobedientes, &  
in rebelles seditiososq; animadver-  
tendum esse. Eos vero protestantes  
Ordines perhiberi, qui tamen coram  
Deo & toto mundo testati fuerint in  
fide Cæsaris ad extremum vitæ spiri-  
tum sese permansuros, & dummodo  
religionis libertas salva ipsis maneat,  
suppliciumque de perversis consilia-

Anno riis sumatur, vitæ fortunarumque o-  
1618. mnium jacturam pro Cæsare liben-  
ter facturos. Milites interim copiosos  
in Regnum introductos summa in o-  
mnes crudelitate vsos fuisse, & ne in-  
fonti quidem ætati parcentes, sed nec  
vllum religionis discrimen habentes,  
rapinis & incendiis infesta omnia fe-  
cisse, regni totius interitū & subver-  
sionem potius quam turbarum com-  
positionem summo studio promovē-  
tes. Per literas quidem 19. Augusti  
scriptas, progressum militum impe-  
diri, Edicta revocari, & desideratam  
multis modis tractationem promo-  
veri petiisse, obtinere tamen nihil po-  
tuisse, omnia enim in priori statu et-  
iamnum esse, quin imò militibus ea-  
dem crudelitate in regno sævienti-  
bus, depositionem armorum impe-  
ratam sibi fuisse, De assecuratione re-  
ligionis, & pcena perversorum confi-  
liariorum verbum nullum fieri. Je-  
suitas vero non pacem, sed bellum  
consiliis suis promovere, propriis i-  
pforum literis, quibus optatum jam  
Bohe-

Bohemiam bello opprimendi & Ma- Anno  
 jestatis diplomate, religionis liberta- 1618.  
 te privilegiisque omnibus protestan-  
 tes privandi tempus advenisse scri-  
 pserint, probari satis potest. Omnia i-  
 sta ex relatione & literis protestan-  
 tium Bohemiarum Ordinum, prolixus  
 aliquanto repetere voluisse, ut quæ  
 ipsorum ad primam propositionis Cæ-  
 sariæ caput, de instituenda tractatio-  
 ne & mediis turbas istas componen-  
 di æquissimis adhibendis, responsio  
 sententiæque sit, & cur assentiri ejus  
 monitis non possint, manifestum inde  
 fiat. Optare quidem gravaminibus  
 religionis remedium ipso statim tur-  
 barum initio adhibitum, & rationem  
 protestantium ex Majestatis diplo-  
 mate, factaque cum iis qui sub vna  
 sunt transactione habitam, contro-  
 versias, si quæ extitissent, compositas,  
 & non ante latam sententiam, ad e-  
 xecutionem, destruendo templum  
 Clostergrabiense, civesque Bruna-  
 vienses incarcerando, processum,  
 causamque turbis & extremitatibus  
 istis,

Anno 1618. istis, ab iis qui religionem ferre non possunt, datum fuisse: At vero cum eò jam peruentum, vt turbæ istæ sedari nisi amica tractatione adhibita nullo modo possint, periculumq; sit, vt, si armis componi controversiæ debeant, vniversum Bohemiæ regnum & cum eo vicinæ etiam regiones pessum eant, submissè Cæsarem rogare, vt fontem bonitatis suæ non obstruat, sed innocentium maximè, qui vitam fortunasq; impendere pro salute sua suorumque prædecessorum Cæsarum veriti nunquam fuerint, rationem habere, Electorum Principumque intercessionibus locum dare, & cuiusmodi adhibere media velit, quæ ad pacem in Regno instaurandã, turbas hæc componendas, & religionis gravamina abroganda, quam optimè faciant. Quod ad alterum propositionis Cæsariæ caput attinet, quo moneantur Protestantes Silesiæ Principes Ordinesque, vt posthabita quæ ipsis cum Bohemiæ Ordinibus intercedit vnione, turbis istis se non  
ad-



admisceant, nec auxilium ipsis vllum Anno  
 ferant, non dubitare Principes Ordinesque, in memoria adhuc habere 1618.  
 Cæsarem, quid sub initium statim  
 turbarum istarum eum monuerint,  
 testari nempe passim historias, ex re-  
 ligionis & conscientiarum turbatio-  
 nibus istis, contra indulta privilegia  
 & concessionem Regum Imperatorū-  
 que maximè factis, extremam perni-  
 ciem, desolationem mutationemque  
 Imperiorū securam haud semel fuisse,  
 Turbas istas in Bohemia non igno-  
 rare ex religionis negotio originem  
 suam sumpsisse, & in nervum tandem  
 sumptis subinde majoribus incre-  
 mentis jam erupisse, tum quoque de-  
 monstrasse se, Cæsaremque petiisse, ut  
 de assecuratione Bohemis Silesiisque  
 in puncto religionis præstanda quam-  
 primum cogitaret, hoc enim factum,  
 turbas componi pacemque instaurari  
 quamoptimè & felicissimè posse.  
 Pro singulari suo erga Cæsarem affe-  
 ctu, nullis sumptibus parcere Princi-  
 pes Ordinesque Silesiæ voluisse, sed  
 missa

Anno 1618. missa splendida legatione hæc & alia  
 in mentem ei revocari curasse, quin  
 & Bohemiæ Ordines, vt moderata  
 consilia admitterent, fideliter mo-  
 nuisse, nullo certè alio fine, quam vt  
 sublato omni in Bohemiæ & aliis Cæ-  
 sari subjectis regnis odio, omniq̃ue  
 composita controversia, pax & tran-  
 quillitas instaurarentur. Ut vero ap-  
 pareret rectius, turbas illas in Bohe-  
 mia non nisi ob religionem excitatas  
 esse, & reperiri aliquos, qui ex invidia  
 & mero religionis odio motus sæpe  
 ingentes vel ipsi excitent vel ab aliis  
 excitatis delectentur, referri post-  
 modum ad Cæsarem curasse, quis sta-  
 tus religionis in Silesia à multis jam  
 annis fuerit, & quantas turbationes  
 molestiasq̃ue protestantes perferre  
 coacti sint. Sperasse quidem Cæsa-  
 rem juxta factam à legato ejus Stra-  
 lendorffio promissionem, super pro-  
 positis religionis gravaminibus co-  
 gniturum & ea quamprimum abro-  
 gaturum fuisse, idq̃ue eo magis, quod  
 arctissimo conjunctionis vinculo v-  
 nitos

ritos esse Bohemiæ Silesiæque Ordi- Anno  
 nes in puncto turbatę religionis, jura- 1618.  
 mentoque ad sublevandos sese invi-  
 cem obligatos teneri, non ignoraret,  
 Verum ex propositione ista jam ani-  
 madvertere, esse qui persuadere ei  
 conentur, turbas in Bohemia religio-  
 nem maximè concernere, offensio-  
 nem protestantium probari nullam  
 posse, & nec templi Clostergrabien-  
 sis everfionem, nec Brunaviensium in-  
 carcerationem, aliudve id genus, di-  
 plomati Majestatis contrarium esse,  
 prolata vero ab Ordinibus gravamia  
 nullius momenti esse, eo quippe fine  
 excogitata, ut nihil contra jus & æ-  
 quum factum in Bohemia esse aliquo  
 modo probaretur. Quod igitur ad  
 primam Ordinum Bohemiæ præten-  
 sionem attinet, indubitanter verum  
 & notum omnibus esse, quod tem-  
 plum Clostergrabienfe tum demum  
 everfum soloq; æquatum fuerit, cum  
 ultimam ei manum subditi jam adhi-  
 buissent: quod Brunaviensibus, uti  
 claves templi ad Archivum Pragense  
 de-

Anno deferrent injunctum tum demum  
 1618. fuerit, cum ex ipsis aliqui coniecti in  
 carcerem jam esset: quod cum Di-  
 rectores de religionis istis gravami-  
 nibus componendis deliberaturi cō-  
 venissent, contra personam & Maje-  
 statem suam moliri aliquid persuasus  
 Cæsar & ad severissima ista Edicta  
 promulganda impulsus fuerit, cum  
 ea sit adversariorum natura, ut ex re-  
 ligionis, rebellionis negotia faciant,  
 & politicos tractari excessus asserant;  
 quod, ut fateri omnium trium Pra-  
 gensium oppidorum Senatus cogat-  
 tur, de Defensoribus distrahendis a-  
 ctum fuerit, monitis nempe senatori-  
 bus, ut congregatis & requirentibus  
 id duobus Ordinibus neminem ex  
 suo Ordine adjungerent: quod in-  
 structiones prolatae ejusmodi fuerint,  
 ut sine iudice Cæsario (quod officium  
 à Romano-Catholicis semper admi-  
 nistratum) Ordines Protestantes cō-  
 ventum nullum haberent: quod in  
 propositione Cæsaria everfio templi  
 Clostergrabiensis approbetur, & re-  
 ligio-

ligionis turbationibus minimè adnu- Anno  
meretur: quod de Rudolpho Cæsare 1618.  
affirmeretur potestatem eum diploma  
Majestatis Ordinibus concedendi  
non habuisse, illudque subreptitiè vi  
& dolo impetratum ab iis fuisse: quod  
autographa Jesuitarum Ordines in  
Bohemia protestantes habeant, in  
quibus hæc verba contineantur; tem-  
pus jam oportunum esse, Bohemiam  
bello invadendi & Protestantes di-  
plomate Majestatis, libertatibusque  
& privilegiis omnibus privandi: quod  
item in concionibus publicis, variis  
calumniis Protestantes contra Maje-  
statis diplomatis tenorem, proscin-  
dantur, & inique passim traducantur.  
Hæc & alia judicare Principes & Or-  
dines Silesiæ aliter non posse, quam  
meras religionis turbationes & per-  
secutiones esse: Valde dolore, quod  
pro gravaminibus à Cæsare non ha-  
beantur, itaque statuere, religionis  
hostibus & perversis conciliariis id  
non immerito ab Ordinibus Bohe-  
miæ imputandum esse. Templum enim  
E de-

Anno 1618. destruere, ob extructionem templo-  
 rum religionisque exercitium in car-  
 cerem aliquos conicere, & claves  
 templorum à possessoribus exigere,  
 turbationes religionis esse, negari nō  
 posse, idque eo magis inde apparere,  
 quod Ordines in Bohemia coram  
 Deo & toto mundo testentur, fide-  
 les se Cæsaris subditos constanter  
 mansuros, vitæque & fortunarum o-  
 mnium in fide ejus jacturam libenter  
 facturos, dummodo in puncto reli-  
 gionis securi reddantur. Cum enim  
 politicas nullas prætensiones afferāt,  
 sed exercitii tantum religionis asse-  
 curationem (quam præstare Cæsari  
 difficile nō sit) expetant, animadver-  
 tere inde Cæsarem facile posse, nihil  
 nisi religionis tractari negotium, &  
 de nulla re alia quam de exercitio re-  
 ligionis libero sollicitos Ordines esse.  
 Eandem & gravaminum, de quibus  
 Principes statusque Silesiæ apud Cæ-  
 sarem hætenus conquesti fuerint, &  
 quorum abrogationem ex diplomate  
 Majestatis fieri expetierint, rationem  
 esse,

esse, quemadmodū ex supplicibus li- Anno  
 bellis, quorum magna adhuc in Ar- 1618.  
 chivis Silesiæ copia reperiatur, ma-  
 nifestè constet. Quod autem turba-  
 tionibus istis remedium non modo  
 nullum adhibitum, sed insuper quic-  
 quid earum hinc inde acciderit ap-  
 probatum fuerit, ex reddito nuper  
 Viennæ legatis suis responso Cæsario  
 satis apparere. Religionis enim ne-  
 gotium in eo, ad solam Catholicorū  
 assertionem, pro politico excessu ha-  
 beri, & non in diplomate Majestatis,  
 sed in relatione Commissariorum &  
 eam secuto Cæsario responso funda-  
 ri. Inter alia autem gravamina, com-  
 missiones & responsiones ejusmodi  
 numeratas quoque esse, quas Cæsar  
 Rupolphus plane intermittendas in  
 Rescripto Anni 1604. & 1608. decla-  
 rarit. Hæc enim ejus in diplomate  
 Majestatis verba esse; Ne quid sit  
 quod aliquem impediatur, omnia hoc  
 ipso Edicta & Mandata annihilata  
 velle. Et paulo post: Si quod contra  
 Religionis istam pacem ejusque asse-

E 2 cura-

Anno curationem Mandatum Edictumve  
1618. promulgetur, quod impedimentum  
ei vel minimum afferat, id nullius va-  
loris esse debere. In responso præter-  
ea isto satis esse censi, si præfectus  
alicujus loci, etiamsi Romano-Ca-  
tholicæ Religioni addictus sit, quid  
ad Cæsarem referat, & posse etiam  
ad solam ejusmodi relationem gra-  
vissimas pœnas in alios decerni. Di-  
ploma Majestatis ad jus patronatus  
referri, quod tamen clarissimis verbis  
in eo prohibeatur. Affirmari etiam  
ad loci Ordinarium respiciendum es-  
se, cui tamen potestatem istam Prin-  
cipes & Ordines protestantes nun-  
quam permiserint. Relationem Ma-  
gistratus Romano-Catholici pluris  
quam Majestatis diploma fieri, cum  
tamen gravamina religionis in eo cõ-  
sistant, quod in diplomate *Majesta-*  
*tis* templa extruere omni in loco tam  
ad Ecclesiasticum quam ad politicum  
magistratum pertinente, Protestan-  
tibus permittatur. Homines passim  
in Silesia, ab officiis muneribusque  
pub-



publicis ob religionē, quod ad exter- Anno  
 minandos Protestantes id faciat, ex- 1618.  
 cludi, cum tamen exercitium religio-  
 nis liberum Protestantibus omnibus  
 in locis diploma Majestatis permit-  
 tat, nec vlla à Catholicis ante editum  
 illud Majestatis diploma impetrata  
 privilegia, opponi ipsis possint, eo que  
 quæ crepta & præclusa Protestanti-  
 bus templa sint, restitui & aperiri  
 ipsis merito iterum debeant. Hæc &  
 alia in Responso Cæsaris omitti, &  
 univfersum religionis negotium par-  
 tim in periculosis dilationibus, par-  
 tim vero in illicitis commissionibus  
 odiosisq; relationibus fundari. Cum  
 igitur satis inde constet, mera ea reli-  
 gionis gravamina esse, eamq; passim  
 in Silesia Bohemiaque graviter affligi  
 & oprimi, in responso vero Cæsaris,  
 Ordinibus gravaminum istorum ab-  
 rogationem submissee expetentibus  
 satisfactum nullo modo fuerit, vitio  
 sibi vertere Cæsarem non posse, quod  
 ea Bohemis auxilia præstent, ad quæ  
 jurejurando obligatos esse non ne-  
 sciat.

Anno sciat. Protestari autem coram Deo & 1618. omni mundo, auxilia ista religionis tantum negotium cōcernere, & non adversus Cæsarem, sed turbatores tantum publicæ pacis comparata esse. Quæ enim extra religionis negotium Ordinibus Bohemiæ imputentur delicta alia, eorum patrociniū suscipere nullum velle, sancte q̄; Cæsari polliceri, auxiliares suas copias sese, quamprimum Ordinibus Bohemiæ Silesiæq̄; Protestantibus in puncto religionis amplius non turbandæ & diplomatis Majestatis per omnia absque vlla explicatione & responsis aliis servandi, satisfactio cautioque præstita fuerit, ex Bohemia revocatos.

*Saxonia Elector de obsidione Pilsnensi averrenda à Cæsare moneatur.*

Saxonix Elector omnem tum movebat lapidem, ut optatum illud tractationis negotium inter Cæsarem Ordinesque Bohemiæ promoveret. Eo enim fine legatum suum Grunthaliū Pragam simul & Viennam ablegabat. Cæsar vero accepto de Pilsnensis civitatis obsidione nuncio, lite-

litteras statim ad Electorem de ea hãc Anno  
 in sententiam dedit. Relatum ad se 1618.  
 à fide dignis esse, Pilsnensem civita-  
 tem, quæ in fide & obedientia sua  
 constantissimè hactenus permanse-  
 rit, à perfidis suis Bohemis adventi-  
 tioq; ex Imperio exercitu obsidione  
 cinctam esse. Eam obsidionem ad de-  
 cretam iam de ipsius aliorumque E-  
 lectorum & Principum petitione tra-  
 ctationem promovendam nihil pro-  
 ficere, quin iis etiam de quibus Grun-  
 thalius Bohemos in transitu suo mo-  
 nuerit, planè contrariam esse. MO-  
 nendum igitur eum quamprimum  
 censere, vt mora omni, in qua peri-  
 culum esse videat, sublata, cum Bo-  
 hemis de solvenda obsidione ista &  
 omnibus, quæ impedire expetitam  
 tractationem possint, intermittendis  
 agat, nec, quod Grunthalius sua jussu  
 Pragam iterum eo nomine abierit,  
 ingratum habeat.

Venetus Dux cum toto Senatu 20. *Venetico*  
 Octob. ad templum Sanmarci pro- *Constanti-*  
 fectus, solemne festum, quo gratias *nopolitani*  
*insolito.*

E 4 Deo,

Anno Deo, pro detecta mirabiliter, cuius  
 1618. in superiori libro facta mentio est,  
*morbo affli-* conspiracy & prodicione, passim  
*guntur.* subditi, ab omni opere cessantes age-  
 rent, celebravit; peractis sacris prodi-  
 tores ad ducentos, in facinore isto  
 deprehensos extra portum vndis suf-  
 focari curavit. morbus ibi paulo post  
 perniciosus admodum invaluit, quo  
 non pauci quotidie correpti perie-  
 runt. Similem morbum etiam Con-  
 stantinopolis eo tempore, peste simul  
 singulis diebus ad mille & quingen-  
 tos absumente, experta fuit, Janitfa-  
 ris Judæorum & Christianorum ta-  
 bernas, excitato ingenti incendio,  
 quo ædificia ad quadringenta con-  
 flagrarunt, diripientibus.

*Comitia ab  
 Austriacis  
 celebrata.*

Sub initium Novemb. Comitia ab  
 Austriacis infra & supra Ensam tam  
 Romano-Catholicis quam Prote-  
 stantibus Statibus de mandato Cæ-  
 saris celebrata fuerunt, Protestanti-  
 bus ad propositionis Cæsariæ delibe-  
 rationem accedere, priusquam de  
 gravaminibus, quæ scripto consigna-  
 ta

ta Cæsari exhibuerant , abrogandis Anno  
decerneretur , & quid de Catholicis 1618.  
sperandum cognoscerent , constan-  
ter negantibus.

Maximilianus interim Archidux *Maximi-  
lianus Ar-  
chidux Au-  
stria mori-  
tur.*  
Austriæ , annum ætatis sexagesimum  
jam agens , cum pauculos dies ægro-  
tasset , ex vita hac 2. Novemb. placide  
decessit. Eius morte Cæsaris conjunx,  
quæ & ipsa laborare morbo paulo an-  
te cœperat , comota gravissimè fuit.  
Statibus etiam tam Protestantibus  
quam Romano-Catholicis luctuosa  
admodum mors ista fuit. Exentera-  
tum corpus Oenipontum postea de-  
latum , intestina vero Viennæ in  
San Stephani templo sepulta fue-  
runt. Constituerãt tum Præfecti qui-  
dam Cæsarii castra Bohemorum ex  
improvise opprimere , verum 3. No-  
vemb. summo mane cum aliquot pe-  
ditum equitumque turmis clam ad-  
venientes in excubiis armisque con-  
stitutos invenerunt , à quibus ita et-  
iam excepti fuerunt , vt non sine mul-  
torum interitu discedere inde potue-  
rint.

Anno rint. Ab Ordinibus quidem expeti-  
 1618. tum fuerat haftenus, vt depositis ar-  
 mis exercituque dimisso, ad tracta-  
 tionem pacis se accommodarent. Ve-  
 rum, cum Cæsarianos jam milites,  
 qui se quietos continere debebant, à  
 rapinis hostilibusque suis conatibus  
 abstinere minimè viderent, post mul-  
 tas variasque deliberationes in eam  
 tandem itum sententiam fuit, vt ho-  
 stes suos vi summa oppugnandos, re-  
 spectu personarum nullo habito, cen-  
 serent. Turrensis igitur misso ad Mar-  
 chionem Jägerndorffensem nuntio,  
 vt Silesios quamprimum adduceret  
 ad se milites monendum eum cura-  
 vit. Hoc cognito Cæsariani Pilgra-  
 mum & loca alia deseruerunt & ad fi-  
 nes Regni concesserunt, Mulierum  
 & aliorum inutilis farinae hominum  
 impedimentis cum omni præda in  
 Austriam dimissis, vbi agricolis non  
 parum damni ab ipsis datum fuit,

Bucquoius  
 Budvisum  
 habita pri-  
 sus cum Or-

Bucquoius 5. Novemb. cum copiis  
 suis ad Neuhusium applicans, aperiri  
 sibi urbem voluit, cum vero respon-  
 sum

sum non modo nullum acciperet, sed Anno  
 & præfidiarios, quorum tres vexilla- 1618.  
 tiones erant, in armis esse, ex tormen- *dinibus pug-*  
 torum dislosionibus animadvertere- *na ingre-*  
 ret, noctem eam in campo & subur- *ditur.*  
 biis traducere coactus fuit. Erant in-  
 ter præfectos & tribunos militum,  
 qui vi summa oppugnandum oppidū  
 irruptionemq; faciendam suaderent,  
 verum cum cogitaret Bucquoius vi-  
 ribus satis instructum se non esse, Or-  
 dinum vero milites ad sublevandam  
 urbem properare audiret, relicta vr-  
 be Budvissium versus iter suum dire-  
 xit. Erant à continuis imbribus viæ  
 omnes inviæ factæ, cum igitur Cam-  
 nitium, duobus à Budvissio miliari-  
 bus distans oppidum assecutus esset,  
 militem ibi subsistere viresque colli-  
 gere amissas iussit. Post dies aliquot  
 motis copiis Budvissium recta petiit.  
 Vix autem relicto oppido, insequen-  
 batur statim Ordinum copiæ ex qua-  
 tuordecim Equitum peditumq; mil-  
 libus constantes. Pugna cum agmine  
 posteriori exorta, Bucquoius occu-  
 patum

Anno 1618. patum cum trecentis sclopetariis potestatem disjecit, & ne machinas suas traducerent Ordines ita impedivit. Inde diligenti Tieffenbachii, Grichingensis, Colalti & aliorum præfectorum opera adjutus, aciem statim instruxit. Erat ipsis per sylvam quandam transeundum, ad ejus igitur ingressum ducentos sclopetarios statuit, qui hostem, donec copias suas in patentem campum traduxisset, ibi remorarentur. Superata sylva prælium acre tandem exortum & ad horas quinque continuatum fuit, donec nox superveniens illud tandem finivit. Noctis istius beneficio progressus strenue Bucquoius Budvissium tandem assecutus fuit. In pugna ista Grichingensis, qui magna virtute in Ordinum milites, etiam non armatus moverat, glandem percussus plumbea periit. Numerus eorum qui utrinque ceciderant, incertus, captivi vero ducenti Pragam inde remissi sunt, qui plerique præstito Ordinibus sacramento, sub signa ipsorum varie distributi fuerunt.

Buc-



Bucquoius paulo post Crumlaviam, Anno quod ad transitum in Austriam situm 1618. oppidum est, magno suo commodo interceptum firmo trecentorum peditum & ducentorum Equitum præsidio munivit. Ordinum vero milites cum commeatum pro Cæsarianis militibus, curribus triginta octo Vienna dimissum, sub octingentorum Fürstenbergicorum militum præsidio in itinere esse cognoscerent, cum tribus peditum vexillationibus & duabus Equitum turmis vno atque altero à Budvissio miliari in præfidiū istud inciderunt, eoque fuso & fugato commeatu omni potiti sunt.

De legatione ab Ordinibus Bohemix ad Bavariæ Principem missa, supra dictum est, Ad capita legationis ejus præcipua à Principe responsum postmodo fuit, Processum nempe adversus consiliarios & vicarios quasi Cæsaris habitum excusari nullo modo posse, tamen enim ab illis, quemadmodum etiam à Patribus Societatis Catholicisve aliis peccatum quid  
con-

*Bavaria  
Princeps ad  
legationem  
Ordinum  
Bohemia  
respondes.*

Anno contra diploma Majestatis transa-  
 1618. ctionesque & comitiorum recessus  
 esset, Ordinibus tamen, quicquam  
 de eis non solum statuere, sed armata  
 insuper manu adversus eos procedere,  
 sine ordinario processu, cognitione  
 & sententia, minimè licuisse. Non  
 decere enim Ecclesiasticos, à Ferdi-  
 nando Cæsare cum totius Regni cõ-  
 sensu, vt ex Edictis Cæsaris pateat,  
 introductos, qui fidem adversæ reli-  
 gionis partibus servandam esse, pub-  
 licis scriptis fateantur, tam subito, ne  
 accusatos quidem, multo minus au-  
 ditos, ex Regno proscribere, cum ne  
 maleficis quidem ista juris naturalis  
 beneficia denegentur, nec executio  
 de aliquo fiat, nisi prius auditus & le-  
 gitimè condemnatus sit, licet causa  
 per se manifesta sit, vt taceat, præci-  
 puum Ordinum fundamentum, quo  
 processum suum defendere conen-  
 tur, in eo positum esse, quod Consi-  
 liarii illi & vicarii Cæsaris, iudices sei-  
 ipsos fecerint: Directio penes ipsos nõ  
 fuerit: Ordinem juris legitimum non  
 ob-

observarint: Ordines sub vtraque in- Anno  
 auditos condemnarint. Hæc enim si 1618.  
 malè ab ipsis facta fuerint, & si Ordi-  
 nes justam propterea causam adver-  
 sus eos insurgendi habuerint, neces-  
 sario etiam sequi, Ordines protestā-  
 tes ( siquidē jus istud ipsis competat )  
 nequaquam ejusmodi vel majores et-  
 iam cōmittere excessus, sed legitimū  
 ordinariumque & receptum apud o-  
 mnes processum, quem in illis desi-  
 derent, observare debuisse, idque ex  
 vulgata juris regula; Quod quisque  
 juris, &c. cum præsertim judicem nō  
 propterea injustè judicare, quod al-  
 terum inique egisse constet, sed ini-  
 quitatem istam facto suo corrigere &  
 rectè facere deceat.

Ad capita alia prolixè itidem re-  
 sponsum fuit, cumque Pilsnam civi-  
 tatem obsidione gravissima ab Ordi-  
 nibus coangustari Princeps cogno-  
 vissset, literas eo nomine ad eos tali  
 sensu dedit: memoria sibi nondum  
 excidisse, inquit, quid ad admonitio-  
 nem suam de Pilsna civitate, 13. Au-  
 gusti

*Pilsnam ur-  
 bem obsi-  
 dione libe-  
 rari Bava-  
 ria princeps  
 ab Ordini-  
 bus Bohe-  
 mia expetit.*

Anno gusti responderint, in mentem scilicet non venisse sibi, vt damnum aliquod Pilsnensibus darent, multo minus, vt obsidione urbem eam cingerent, Responsum hoc gratū sibi fuisse, nec ab eo recessuros vnquam putasse, cum præsertim, Pilsnenses, quod sciat, nunquam ipsis contrarii fuerint, nihilque peccarint, nisi quod in fide & obedientia Cæsaris, legitimi scilicet Regis & Domini sui permanentes se responderint. Urbem istam obsidione gravissima ipsorum jam iussu pressam cognovisse. Hoc ipsum, præterquam, quod promissis ipsorum contrarium sit, aliud nihil quam majorem apud Cæsarem offensionem efficere & causari posse, idque eo magis, quod quietere jam Cæsariani dicantur, Pilsnenses vero promissis ipsorum nimium fidentes à præsidiis majoribus comparandis abstinuisse. His de causis monere, vt pro declarando, quem subinde prædicent, pacis amore, Pilsnensibus porro molestiam nullam creent, sed soluta obsidio-

fidione militem abducant, Eo enim Anno ipso quod æquum justumque sit facturos, & ad maturandam quam diu desiderarint tractationem momenti non parum apud Cæsarem allaturos. Quod si autem spreta hac atque neglecta admonitione sua, hostilem istum erga civitatem Pilsnensem animum continuare pergant, facile inde apparere, quod non nisi Catholicæ religionis odio & prædæ alicuius apud Sympatriotas suos acquirendæ gratia id faciant, Futurum vero, ut eædem, quas ipsi prætendant, suspiciones apud Catholicos passim omnes excitentur.

Ad literas has respondentes Bohemix Ordines animadvertere se facile posse, inquit, de causis, cur obsideri exercitu Pilsnam necesse fuerit, non satis edoctum Principem esse, & propterea excusatum etiam, quod dissuadere obsidionem istam tanto conatu voluerit. facile eum habere. Non ignorare quid 13. Augusti civitatis istius nomine scripserint. Inter

F alia

*Pilsnam cur  
obsidione  
cinxerint  
Protestan-  
tes Bohemia  
Ordines  
causam Ba-  
varia Prin-  
cipi expo-  
nunt.*

Anno 1618. alia autem jam tum de hostilibus eorum attentatis aliquid monuisse. De oppugnanda vrbe ista nunquam antea cogitasse, nec etiam fieri obsidionem permittere voluisse, nisi causas ejus gravissimas habuissent. Postquã enim à data Ordinibus fide, quod amicitiam cum eis colere semper velent, semel defecissent, tanta statim hostilitate vti cœpisse, vt militem conscripserint, multos Regni subditos ad se pertraxerint, eruptionibus suis vicinis Colonis infesti admodum fuerint, primarios quosdam ex equestri ordine Proceres captivos in vrbem abduxerint, subditos eorum ad præstandum sibi jusjurandum cœgerint, Edicta sua sigillis privarint, ad conscribendum in externis locis militem abusi iis fuerint, potentiamque suam eo vsq; extenderint, vt ne provinciales quidem, tametsi in armis mago numero essent, prævalere adversus eos & ab excursionibus eos prohibere potuerint. Dehortari quidem eos ab hostili isto conatu non semel

mel per literas curasse, proficere ta- Anno  
 men nihil potuisse, in hostili enim co- 1618.  
 natu suo longius progressos, minis et-  
 iam acerbioribus vsos fuisse. Cum  
 verbis proficere nihil possent, feve-  
 riora adhibere media, vt à malo suo  
 proposito eos averterent, & ab incō-  
 modo, quod comitari obsessos solet,  
 tutos redderēt, voluisse, ea vero vsq;  
 adeo aspernatos fuisse, vt ad obsidio-  
 nem se statim pararint, & viribus suis  
 nimium fidentes, pulcherrimum sub-  
 urbium suum ipsimet subverterint &  
 accensum solo æquarint. Cognito  
 eo, Ernestum mansfeldiæ Comitem  
 abstinere ab obsidione ista ex bona  
 qua erga urbem ducantur affectione  
 monuisse. Ipsum, causis suis, inter  
 quas non postremum etiam Celsitu-  
 dinis suæ autoritas habuerit locum,  
 cognitis, soluta obsidione ab vrbe de-  
 cessisse, præmissisque ad tria miliaria  
 tormentis, castra Bohemica cum co-  
 piis suis petere constituisse. Eos vero  
 superbis & atrocibus suis commina-  
 tionibus, quod & provinciales, in fu-

F 2 gam

Anno 1618. gam vertere ad eumque remittere brevi vellent, effecisse, ut qui in districtu Pilsnensi vicinisque aliis sunt Ordines moneri eum curarint, ut vel sui ab injuria civitatis defendendi, & majoris mali prohibendi gratia cum copiis rediret & elatos animo Pilsnenses compesceret. Precibus istis commotum Comitem, intermissam obsidionem instaurasse, & in ea etiamnum persistere, se quidem ad tractationem paciscendam permovere eos modis omnibus conatos esse, obtinere tamen nihil potuisse. Causam an civibus, an vero praefecto imputent ignorare, expectare vero etiamnum ipsorum responsum & meliorem ipsis mentem precari, ut ita mutata sententia extremam effugere perniciem possint. Ex hac verissima sua relatione animadvertere Principem posse, Pilsnenses fortunae istius suae & malorum, quae inde ad vicinos redundarunt maxima, causam ipsosmet verissimam existere, se vero, ut de obsidione facienda nunquam cogitarint, sic expu-



pugnationem civitatis etiamnum nō Anno  
 expetere, dummodo ad meliorem 1618.  
 frugem redire, & proposita trans-  
 actionis media acceptare velint. Non  
 esse igitur, quod cogitet Princeps,  
 nullam Ordinibus injuriam illatam  
 à Pilsnensibus esse, & eam solum ob  
 causam civitatem istam oppugnari,  
 quod in fide Cæsaris perseverare Ca-  
 tholicamque defendere religionem  
 cupiat, vel etiam, ut sympatriotis suis  
 præda fiat, se enim eos esse & haberi  
 ab omnibus velle, qui à fide & obe-  
 dientia Cæsaris ne latum unguem,  
 dummodo per conscientiam & reli-  
 gionis libertatem id non facere co-  
 gantur, recedere cupiant, quemad-  
 modum coram Cæsare multisque E-  
 lectoribus & Principibus testati non  
 semel fuerint, & jam coram ipsomet  
 etiam testentur. Ob religionem Ca-  
 tholicam tantum abesse, ut eos oppu-  
 gnent, ut etiam ipso statim turbarum  
 initio in societate & amicitiam suam  
 eos requisierint, cum præsertim ple-  
 ri que etiam alii Catholicam religio-  
 nem

Anno nem amplectentes sponte sua ad suas  
 1618. partes accesserint, inque susceptam  
 defensionem & contributionem lu-  
 bentes consenserint. Testimonium  
 certe à Pragensibus habere, quod in  
 tanto Monasteriorum & religionem  
 Catholicam profitentium numero,  
 nemini injuriarum quicquam illa-  
 rum vnquam (inquietis solummodo  
 Jesuitis exceptis) fuerit. Omnes enim  
 religionem suam libere etiamnum e-  
 xercere, quemadmodum & ipsi nihil  
 hætenus quæsierint & etiamnum ex-  
 optent aliud. Omnes Catholicos  
 quietè & tranquille secum vivere  
 volentes, in charissimorum amicorū  
 & fratrum numero habere, atque ab  
 omni incommodo defendere, nec  
 minus etiam optare, vt in fide Cæsa-  
 ris secum simul omnes permaneant,  
 & ab obedientia ejus in æternum non  
 deficient.

*Pilsna ab  
 Ordinibus  
 Bohemia  
 protestanti-  
 bus vi ar-*

Quas causas Ordines Bohemiæ  
 habuerint, vt Pilsnensem civitatem  
 obsidione cingerent, ex commemo-  
 ratis modo literis perspicere omnes  
 pos-

possunt. Ex scilicet fuerunt, quod nulla causa Anno  
 ab Ordinibus deficientes, hostes se i 1618.  
 pforū ipso statim barbarum initio de- *mata expu-*  
 clararint, militeque externo conscri- *gnata.*  
 pto & subditis aliorū ad urbem suam  
 pertractis, excursions crebras fece-  
 rint: prædas in vicinorum Procerum  
 conditionibus egerint: Primarios quos-  
 dam ex Equestri ordine captivos in  
 urbem abduxerint: subditos eorum  
 sacramento sibi obligarint: & eo usque  
 petulantia processerint, ut prohibe-  
 re eos ab excursionibus vicini Pro-  
 vinciales ne armati quidem potue-  
 rint. Ordines igitur cum literis & ad-  
 monitionibus amicis proficere nihil  
 apud eos possent, sed comminationes  
 insuper & superba responsa reporta-  
 rent, ad perterrendos eos exercitum  
 ad urbem miserunt. Illi hoc videntes  
 ad obsidionem rectius ferendam pul-  
 cherrima in suburbiis ædificia copio-  
 sumque in eis frumentum igne vasta-  
 runt, tanto fervore, ut puerperæ et-  
 iam ægrotantis statum admota can-  
 dela accenderint. Ordines tum mise-

Anno recordia moti exercitum ab vrbe ab  
 1618. ducere Mansfeldium iusserunt. Ille  
 mandatis obtemperans, obsidionem  
 statim solvit & ad castra cum suis pro-  
 peravit, sed eo vix digresso atrocibus  
 suis & minacibus verbis Pilsnenses  
 effecerunt, vt exitinere eum Provin-  
 ciales reuocarint, qui reversus obsi-  
 dionem instauravit. Ordines hoc co-  
 gnito, ad transactionem eos aliquo-  
 ties frustra sollicitarunt. Tandem  
 cum continuata aliquandiu obsidio-  
 ne ad extrema fere ventum esset, pro-  
 cavendo vrbis excidio Commissarii  
 quidam ab Ordinib. selecti & Mans-  
 feldio Comiti adjuncti fuerunt, qui  
 transactionem cum Pilsnensibus in  
 has conditiones facerent: Deditio  
 nullius honori & existimationi præ-  
 iudicaret & nemini cuiuscunq; vel  
 etatis vel conditionis esset detrimen-  
 tum aliquod afferet. Præfectus vrbis  
 Felix Dornhanus cum præsidiariis  
 militibus suis, armatus decederet, fa-  
 cto Bambergam versus itinere: vel si  
 operam suam Ordinibus locare vel-  
 let,

let, eodem quo præfecti alii loco ha- Anno  
beretur: Cives Mansfeldio Comiti 1618.  
sexagies mille florenos aureos præ-  
sentis pecuniæ persolverent, atq; ita  
direptionem militum redimerent:  
Præsidium duarum vexillationum ex  
Mansfeldicis militibus in urbem re-  
ciperent. Cum reliquis omnibus Co-  
mes decederet, & damnum inferri  
nemini pateretur. Conditiones hæ  
scripto compræhensæ & manu Co-  
mitis subsignatæ in urbem 9. Novem.  
missæ fuerunt, cum vero à civibus re-  
pudiarentur, & in transactionem,  
tametsi mœnia magna parte ad Fran-  
ciscanorum Monasterium jam disje-  
cta essent, consentire ipsi nullam vel-  
lent, majoribus agi viribus cœptum  
est, Allata igitur Pragâ duo insuper  
tormenta, ita constituta sunt, vt in-  
ter portam Pragensem & Rudolphi  
Cæsaris in mœnibus extructam do-  
mum, mœnia illis ferire possent. Rui-  
na facta, cum irruptionem jam face-  
re vellent, ferratis trabibus & fimo e-  
quino eam noctis beneficio obstru-

F 5 etiam

Anno etiam viderunt, itaque conuersis ad  
1618. prædictam domum, vnde damnum  
dare irrumpentibus maximum præ-  
sidiarii poterant, machinis, ruinam  
ibi aliam fecerunt. Hac facta, irruptio-  
nem aggressi sunt, tantoque fervore  
mœnia conscēderunt, vt omnibus re-  
luctantium oppidanorum conatibus  
posthabitis & neglectis, ea tandem  
superarint & domum prædictam oc-  
cuparint. Facta est simul in locis et-  
iam aliis, maximè vero prope Fran-  
ciscanorum Monasterium, itemque  
in suburbio & porta Norimbergensi  
irruptio, nullo tamen fructu, itaque  
qui domum Rudolphi tenebant, id  
dederunt operam, vt exactos ex mu-  
nimēto, quod in platea ante domum  
istam ex terra & fimo equino excita-  
verant subitaneo oppidanos ad fo-  
rum vsque crebra scloporum & tor-  
menti, quod secum habebant, dispo-  
sitione propellerent. Erant ibi corbes  
terra oppletæ & tormenta aliquot ad  
reprimendos hostes disposita, quibus  
non parum damni militibus in domo  
ista

ista constitutis inferebant. Interim Anno  
domo egressi milites ædes ab vtraque 1618.  
plateæ istius parte perforatas pluri-  
mas, posthabito quod ad repellendos  
vel perdendos eos potius oppidani i-  
bi excitarant incendio, occuparunt  
magnoque in forum impetu prorue-  
runt. Hæc viso, animos tandem abje-  
cerunt, & à disputatione tormentorū  
abstinentes ad Franciscanorum Mo-  
nasterium oppidani confluxerunt,  
exoratisque induciis de conditioni-  
bus quibus deditioem facerēt, cum  
sub præfecto Mansfeldii agere cœpe-  
runt. Erant interim milites occupan-  
dis & muniendis portis plateisque v-  
nicè intenti, qui vero extra urbem in  
castris relictæ erant, constitutis excu-  
biis, ne eruptionem forte facerent  
præsidarios observabant. Nocte exa-  
cta, cum urbem jam totam in Mansfel-  
dii potestate esse præsidarii viderēt,  
armis suis instructi in forum proces-  
serunt, imperium Comitis expectan-  
tes, gratiamque ejus, quod arma sua  
retinendi facultatem obtinuissent,  
civi-

Anno civibus in curiam ea deportare &  
 1618. claves vrbis Comiti sine mora trade-  
 re iussis, deprædicantes. Ipsorum si-  
 gnifer convolutum vexillum suum  
 Comiti cum summa devotione exhi-  
 bitum, tanquam redonatum ab ipso,  
 munus retinuit. Eductione extra vr-  
 bem facta, cum præfectus ipsorum  
 Dornhanus ante dies quatuorde-  
 cim, durante adhuc obsidione, tor-  
 mento percussus periisset, ad Ordi-  
 nes plerique transierunt. Pauci signi-  
 ferum, ob recentum vexillum suum  
 admodum exultantem comitati ad  
 Cæsarianos abierunt, alii liberati  
 hac ratione & sacramento soluti ad  
 suos læti redierunt. Qui carnificis in  
 vrbe munus sustinuerat, tribus quo-  
 libet die vicibus, quos vellet sclope-  
 to ferire, occulto nigromantiæ artifi-  
 cio poterat. Is artem istam suam toto  
 obsidionis tempore ex secretiori ali-  
 quo loco, vnde nemo sibi metueret,  
 exercuisse depræhensus, in extructū  
 recens patibulum, veteri, quod Ziscæ  
 culinam, eo quod castra ibi Zisca o-  
 lim



lim posuisset, per contumeliam Pils- Anno  
nenses vocabant, subverso, elevatus 1618.  
& suspensus fuit. Civibus post factam  
expugnationem injuria nulla nec æ-  
dificiis vis vlla, præterquam quam  
prima nocte acceperant, illata ca-  
vente ita Mansfeldio fuit. Monachis  
Franciscanis in Bavariam abire alte-  
ro statim post factam expugnationē  
die volentibus, vti manerent in vrbe  
imperatum serio fuit, nemini enim ex  
ea discedendi, donec à Directoribus  
de eo quid decerneretur, facultas  
data fuit, Comite ab omni eos timore  
liberante, & tormenta quinque ma-  
jora minoraque alia, quibus in oppu-  
gnatione vsi fuerant, & deferri in vr-  
bem curante. Die 25. Novemb. per-  
acto Missæ sacrificio, Mansfeldius  
adjunctique ipsi Commissarii, cum  
præfectis, legatis, tribunis & officia-  
riis aliis templum San Bartholomæi  
ingressi sunt, vbi ex dicto Psalmi 118.  
Hæc est dies quam fecit Dominus,  
exultemus & lætemur in ea, &c. à  
concionatore militari concio habita  
gra-

Anno gratiæque Deo pro impetrata victo-  
 1618. ria hymnis & precibus peractæ publi-  
 cè fuerūt. Finita concione, tormenta  
 omnia displosa sunt, habitumq; splen-  
 didum prandium fuit, cui Primas et-  
 iam & senatores civitatis aliqui præ-  
 sentes adfuerunt. Sub vesperam si-  
 gnifer quidam, qui in insultu glande  
 percussus occubuerat, in San Bartho-  
 lomæi templo sepultus fuit, Mansfel-  
 dio & officariis aliis funus comitan-  
 tibus, finitaq; concione funebri ter-  
 ræ paululum ipsi affudentibus. Re-  
 bus in vrbe ad quietem compositis  
 ad Ordinum castra cum exercitu suo  
 Mansfeldius concessit, septem equi-  
 tum peditumque cohortibus sub Jo-  
 hannis Georgii Comitis Solmensis  
 imperio, in vrbe relictis. Civitas hæc  
 bello Hussitico expugnari nullo mo-  
 do potuit, cumque Anno 1433. no-  
 vem mensibus & 23. diebus obsessa  
 fuisset, cives tandem facta vehemēti  
 eruptione in fugam hostes converte-  
 rūt, ereptumq; ipsis camelum aliquē  
 in vrbem traduxerunt, vnde factum,  
 vt ca-

vt camelo eos Sigismundus Cæsar Anno  
 donarit, & pro insigni camelum et- 1618.  
 iamnum civitas præferat atq; osten-  
 tet, quemadmodum id ex camelo ad  
 San Bartholomæum in Choro tem-  
 pli cum sequentibus verbis picto ap-  
 paret: Sub Anno à nativitate Domi-  
 ni 1433. Idib. Jul. hæc Pilsna à crude-  
 lissimis Hussitis, Viclevistis ac Tha-  
 boritis gravissimam sustinuit obsidio-  
 nem, quorum exercitu quadrifariam  
 posito & ex omni parte oppugnante,  
 alacri virtute manuque potenter re-  
 sistente civitate, illos spe potiundæ  
 civitatis quam strenuè frustrata est.  
 Sequenti anno Idib. Maji, quæ fuit  
 dies crastina S. Stanislai, Deus omni-  
 potens, constantia pro religione ta-  
 cta benignissima clemētia hostes im-  
 pios cum maxima ignominia à nobis  
 fugare dignatus est, Postquam exe-  
 crabilem vrbs hujus afflictionem pa-  
 tres nostri depulsis hostibus plurimū  
 consolati, ad maximum firmissimum-  
 que virtutis specimen nobis ac poste-  
 ritati viam præbuerunt, virtuteque  
 sua

Anno sua adepti fuerunt, vt civitas nostrā  
 1618. insigniis istis pro stemmate vteretur.  
 Cæterum contrario modo hoc tem-  
 pore factum. Speraverant quidem ci-  
 ves eundem & hanc obsidionem exi-  
 tum habituram, sed cum aliter alea  
 cecidisset, iusjurandum Protestanti-  
 bus, quod vi armata ab ipsis expugna-  
 ti, eos pro superioribus agnoscere, ad  
 voluntatem ipsorum se componere,  
 in omnibus, quæ futuræ sint difficul-  
 tatibus solos eos spectare, ab ipsis nū-  
 quam deficere, omnem ipsis, vt &  
 Mansfeldio Comiti, militiæque præ-  
 fectis aliis obedientiam præstare, cō-  
 tributiones præteritas & futuras sine  
 mora persolvere, & quæ ad pacem  
 tranquillitatemque in patria instau-  
 randam conservandamque pertineant,  
 facere diligentissimè omnia vellent,  
 præstari coacti sunt.

*Ordinum  
 Bohemæ de  
 conditioni-  
 bus suscipi-  
 enda tracta-  
 tionis & ob-*

Cum de conditionibus, quibus in-  
 terpositionem Electorum & Princi-  
 pum admittendam, pacisque tracta-  
 tionem suscipiendam Cæsar ad Saxo-  
 niæ Electorem perscripserat, ab Ele-  
 ctore

ctore Ordines edocerentur, literas Anno  
 ad Cæsarem scribentes, animadver- 1618.  
 tere se, inquit, periculosas admo- *sidione Pils-*  
 dum & intolerabiles instituendæ tra- *nenfi ad Cæ-*  
 ctationis conditiones sibi proponi *sarem lite-*  
 quod nimirum ipso opere obedi- *ra.*  
 tiam suam declarare, arma depone-  
 re, Mansfeldicos omnesque alios mi-  
 lites, quotquot vel jam habeant, vel  
 etiamnum expectent dimittere, à di-  
 rectione & administratione Regni  
 abstinere, & promulgatis Cæsariæ  
 Majestatis Edictis per omnia satisfacere  
 debeant, tum enim Cæsarem et-  
 iam copiis suis de certo aliquo loco  
 prospicere operamque dare velle, ut  
 in Regno manentes, comitatum om-  
 nem habeant, nec cuiquam mole-  
 stiam ullam inferant. Dolere admo-  
 dum humilimam submissionem suam  
 ab adversariis suis in dubium apud  
 Cæsarem vocatam & quod majus sit,  
 tam periculosa postulata fere eo so-  
 lum sine excogitata esse, ut turbæ istæ  
 ad bonum finem nunquam perduce-  
 rentur, atque ita sæviendi adversus

G

Or-

Anno Ordines causam ipsi perpetuam ha-  
 1618. berent. Nam quod ad obedientiam  
 subjectionemque attinet, ad quam  
 re ipsa declarandam, expetente ita  
 Cæsare, à Saxonix Electore excitentur,  
 quomodo eam semper præstiterint,  
 & Cæsari ipsi & toti mundo notum  
 esse, quin & constanter in ea perseverare  
 velle, dummodo gravaminum suorum  
 levationem aliquam impetrare possint  
 interim tamen, periculo carere, si,  
 depositis armis, militem, non contra  
 Cæsarem, sed in sui & Majestatis  
 diplomatis, quod ad religionis exercitium  
 liberum attinet defensionem conscriptum,  
 dimittant, Cæsaris vero copias in Regno  
 retineant atque sustentent, persuadere  
 sibi nullo modo posse. In Cæsaris quidem  
 literis illud affirmari, cum vero cogitent  
 & quanta tyrannide crudelitateque  
 copiarum istarum utantur, & quid de  
 illis in Edictis suis Cæsar scripserit,  
 ad defensionem fidelium duntaxat  
 subditorum destinatas esse, contrarium  
 omnino apparere, verum enim  
 esse

esse, quod incendiis & rapinis regnū Anno  
 horribiliter passim deformarint, inq; 1618.  
 omnes & singulos nullo personarum,  
 ætatis, dignitatis, religionis respectu  
 habito, igne & gladio crudelissime de  
 sævierint, vt si in armis existentibus  
 Ordinibus id facere non dubitarint,  
 quid, vbi milite abrogato & extra fi-  
 nes regni dimisso, arma Ordines de-  
 posuerint, facturi sint, facile colligi  
 inde possit. Recens adhuc exemplum  
 in Passaviensi exercitu habere, de eo  
 enim Cæsarem Rudolphum pollici-  
 tum etiam Ordinib. tum fuisse, quod  
 sine vilo alicuius incommodo & de-  
 trimento Regni finibus exire quam-  
 primum deberet, Eum vero, postha-  
 bito eius mandato, non quievisse, do-  
 nec factō in oppidum Pragenſe mi-  
 nus impetu, horrenda satis & formi-  
 danda præſentiæ suæ vestigia ibi ex-  
 citarit & reliquerit. De præſenti hoc  
 exercitu melius quid sperari nullo  
 modo posse. Nec vero consentire et-  
 iam in tam periculosas perniciosasq;  
 conditiones istas sine Regni totius

Anno consensu, & Protestantium Silesiæ  
 1618. Ordinum, qui in communi religionis  
 negotio exercitum suo conjunxerint,  
 præscitu, integrum licitumque sibi  
 esse. Eo igitur magis Cæsarem roga-  
 re, vt de conditionib. istis, quas acce-  
 ptare impossibile sit, remittat, quod  
 toti regno vicinisq; regionibus sum-  
 mē perniciosus postulatis assentiri nō  
 possint, excusatos sese habeat, ad de-  
 sideratam tractationem accedat, &  
 media eiusmodi proponat, quæ ad  
 turbas istas componendas & pacem  
 Regno restituendam facere quam o-  
 ptimē possint. Hostes equidem suos,  
 quo minus id Cæsar faciat, non solum  
 conditiones istas vrgendo, sed & ob-  
 sidionem Pilsnensem quam maximē  
 exaggerando apud Cæsarem instare,  
 ex datis ad Electorem Saxonie Cæ-  
 sariis literis animadvertere. Ne igi-  
 tur bello delectari & interpositionem  
 tractationemque remorari atque im-  
 pedire velle videantur, verē Cæsari  
 affirmare, ab initio statim turbarum  
 istarum Pilsnenses ad pacem exhor-  
 tatos



tatos se fuisse, & vt quietos sese conti- Anno  
nerent, nec quicquam hostile moli- 1618.  
rentur monuisse. Ipsos monitis istis  
satisfacturos per literas aliquoties  
promisisse, promissis tamen non ste-  
tisse, sed sine vlla causa Ordinibus se  
opposuisse, militem conscripsisse, &  
subditos quoscunq̃ue ad se in urbem  
pertraxisse, funestis excursionibus  
suis damni plurimum vicinis provin-  
cialibus intulisse, aliorum subditos  
ad prestandum sibi iusjurandum coë-  
gisse, multos Equestris Ordinis com-  
præhensos in urbem secum abduxif-  
se, sigilla Edictis suis publicis abrepta,  
falsis suis & ad conscribendum Ordi-  
num nomine militem confictis literis  
apposuisse, & vires suas vsque adeo  
promovisse, vt coercere eos & ab  
excursionibus vicinorumque infesta-  
tionibus Provinciales jam, tametsi in  
armis frequentes essent, prohibere  
nullo modo potuerint. Literis quidē  
sæpe eos monuisse, vt à petulantia sua  
abstinerent, sed laterem lavasse &  
proficere nihil potuisse, coactos igi-

Anno 1618. tur fuisse severius aliquanto cum ipsis agere, si forte sententiam mutare & à perverso isto conatu abstinere vel-  
 lent. Exacerbatos autem adventante milite, ut obsidionem eò melius per-  
 ferrent, suburbium suum nulla vr-  
 gente necessitate igne accensum sub-  
 vertisse. Hoc cognito, tametsi verbis  
 factisque graviter admodum læsi es-  
 sent, misericordia tamē erga eos mo-  
 tos solvere obsidionem Ernestum  
 Mansfeldiæ Comitem iussisse. Ipsum  
 cum tormentis & exercitu vix ad mi-  
 liare vnum atque alterum digressum,  
 minis prosequi cœpisse, iis commotos  
 Provinciales pro sua defensione re-  
 verteretur, Comitem exorasse. Ob-  
 sidione ita instaurata, media quibus  
 transactio fieret & ab interitu civitas  
 conservaretur ipsis proposuisse. Ne-  
 glectis omnibus, factum tandem, ut  
 pro majori, quod ab illis metuendum  
 erat, periculo avertendo, urbem ex-  
 pugnare & suo munire præsidio Co-  
 mes cogereetur. Tanta tamen mode-  
 ratione usum esse, ut civibus omni-  
 bus

bus parcendum, nec vlllo aliquo siue Anno  
 Ecclesiasticum siue politicum da- 1618.  
 mmo afficiendum, monētibus ita Or-  
 dinibus, post expugnatam urbem cu-  
 rarit. Perspicere ex commemoratis  
 hisce omnibus Cæsarem facile posse,  
 urbis istius obsidionem non temera-  
 rio ausu & nulla iusta causa, multo  
 minus vero ad tractationem inter-  
 turbandam & Cæsarem exacerban-  
 dum, sed inevitabili necessitate, ad  
 damnum longè maximum Regno a-  
 vertendum, factam esse. Petere igitur,  
 vt sibi ignoscat, & abduci se à tra-  
 ctatione non sinat, sed habita multi-  
 plicium, quæ à milite Cæsario acce-  
 perint longo jam tempore damno-  
 rum, fusi que innocentis Christiani  
 sanguinis, & tot precum lachryma-  
 rum que miserorum hominum ratio-  
 ne, salutare tot Principum & Electro-  
 rum consilium sequatur, nulla que ra-  
 tione admittat, vt tanta persecutio in  
 regno suo fiat, sed clementer potius  
 subditos suos respiciat, revocato ex-  
 exercitu ( cum præsertim & ipsi ali-

Anno quot mille provinciales jam dimise-  
 1618. rint) tractationem promoveat, gra-  
 vaminibus suis remedium adferat, à  
 pacis turbatoribus, qui omnis istius  
 mali causa sint, se defendat, & con-  
 stantem in regno pacem iterum in-  
 stauret, id enim & Deo gratum, &  
 Cæsari laudabile, regnoque & vici-  
 nis regionibus omnibus salutare ma-  
 ximè futurum esse.

*Comeata in  
 cælo visus.* Ardente in Bohemia bello, Co-  
 meta in cælo ardere cœpit, prolixæ  
 admodum cauda formidabilis. Visus  
 is primum apud nos 16. Novemb. fuit,  
 horam circiter matutinam quintam,  
 accensus nimirum in Scorpione inter  
 duos Planetas, Martem & Mercuriũ,  
 à quibus flammam concepisse haud  
 immerito putatur, cum præsertim  
 Cometas omnes effectus habere e-  
 jusmodi, quales à Marte & Mercurio  
 cientur Ptolomæus etiam annotatum  
 reliquerit. Ex Scorpione progressus  
 deinde fuit contra signorum Ordi-  
 nem, in Libram, sumptoque ex orien-  
 te septentrionem versus itinere per  
 dis-

dissectū medium Bootem ad cingulū Anno  
 ejus vsque transit, & caudam supra 1618.  
 verticem nostrum, prolixo admodum  
 intervallo, juxta inferiorem Ursæ  
 majoris pedem extensam habuit, do-  
 nec ultra Cancrī Tropicum progres-  
 sus, circa 14 Decemb. iterum dispa-  
 ruit, cogitandi nobis de effectis & si-  
 gnificatione ejus materia non vulga-  
 ri, relicta quam editis in lucem mul-  
 tis doctissimus, post meum Discur-  
 sum, scriptis, Astrologi prolixè satis  
 explicarunt & pertractarunt. Extant  
 de Cometa hac monetæ aureæ ar-  
 genteæque, cum scriptura mea ejus-  
 modi causæ: Ardet offensi Numinis  
 astrum.

De Cæsarianis, quomodo mulie-  
 rum & aliorum inutilis farinae homi-  
 num impedimenta in Austriam, cum  
 acquisita in Bohemia præda dimise-  
 rint, supra dictum est. Hanc igitur &  
 alias ob causas Ordines exercitum  
 suum in duas partes distribuerunt,  
 Pars vna cum Turrensi & Schliccen-  
 si Comitibus in Austriam ad prædam

*Svethaliū  
 & alia Au-  
 striæ mona-  
 steria à Bo-  
 hemia Or-  
 dinibus in-  
 tercepta.*

G 5 istam

Anno istam recuperandam transiit, altera  
 1618. excurrentem Budvissio & Crumla-  
 via ( quæ oppida Bucquoius propu-  
 gnaculis munitionibusq; firmari mi-  
 rum in modum curaverat ) militem  
 observatura, in castris, ne plus damni,  
 ( illud enim jam tum tres milliones  
 auri excedere putabatur ) Ordinibus  
 daretur, relicta fuit. Schliccensis 25.  
 Novemb. cum quatuor millium pe-  
 ditum Equitumque exercitu, in Cæ-  
 sarianos aliquos, quadraginta duos  
 præda Bohemica onustos currus de-  
 ducentes, duobus à Svethalio milia-  
 ribus incidit, fufisque magna parte  
 militibus, currus omnes cum septua-  
 ginta millia Imperialibus & magna  
 pecorū copia, recuperavit, acceptaq;  
 de præda alia in oppidum jam delata  
 nuncio, illud noctis beneficio, admo-  
 ra ad portam machina bellica ( Petar-  
 tam vocant ) ingressus est, militibus-  
 que, qui se opponere volebant truci-  
 datis, & reliquis compræhensis præ-  
 dam omnem abstulit. Relatum ad  
 Comitem erat, potissimam prædæ  
 par-

partem ad Monasterium vrbis dela- Anno  
tam esse, verum Abbate nihil prædæ 1618.  
in Monasterio habere se, paratum au-  
tem se ad operiendum illud dicente,  
præfidiū quidem quinquaginta sclo-  
petariorum Monasterio immissum,  
Abbati vero, qui magnam vim præ-  
sentis pecuniæ habebat, ereptum ni-  
hil fuit. Abbati huic, cum Viennam  
paulo post venisset, vitio versum fuit,  
quod Comitē tam facilè admisisset,  
qui præterquam quod sufficienti mi-  
lite instructus non fuerit, nec vllum  
sperare auxilium potuerit, Comitem  
vero nihil præter victum pro suis, pe-  
cunia tamen præsentis redimendum  
petiisse viderit, excusationis nihil  
protulit, datisq; ad Comitem literis,  
Monasterii sui rationem habendam  
petiit, addito insuper, quod de incen-  
diis in Bohemia intermittendis se ve-  
rè admodum ad Bucquoium Cæsar  
scripsisset, nuncio. Comes interim  
oppido isto & Monasterio probe  
munitis, cum Turrensi simul ad Ho-  
hefurtum, Weitram & cœnobia lo-  
caque

Anno caque alia similiter intercipienda cō-  
1618. cessit, cumque ad Ledetsium appu-  
lissent, magnam ibi pulveris tormen-  
tarii, globorum item & funiculorum  
vim, Budvissium cum centum pyro-  
bolis & duobus tormentis transferē-  
dam, trucidatis qui eam deducere  
debebant militibus, interceperunt,  
ulteriusque progressi, ad novem vsq;  
à Vienna miliaria, in festa omnia red-  
diderunt, ubi ad pontem propugna-  
cula quædam pro periculo omni a-  
vertendo excitata subito fuerunt.

*Turrensis  
comitis de  
causis facta  
in Austria  
irruptionis  
rescriptum.*

Causam inexpectatæ hujus in Au-  
striam irruptionis peculiari quodam  
Rescripto Turrensis hunc in modum  
explicavit. Repræhensione non care-  
re, inquit, si quis, non salutatis inco-  
lis, transitum in alienam regionem fa-  
ciat & hostile quid in ea moliatur,  
De se vero & Deo & prudentibus o-  
mnibus constare, quod in regionem  
istam movere summa coacti necessi-  
tate fuerint, & aliter quidem facere  
nullo modo potuerint, hostibus suis  
id agentibus, ut pacem vndique per-  
turba-



turbarent, expeditionesque bellicas Anno  
 promovendo, loca omnia militibus 1618.  
 passim complerēt, & ignis istius scin-  
 tillas longè lateq; ad alios quoq; po-  
 pulos, ni mature id prohibeatur, dis-  
 seminarent. Mentem hoc casu suam  
 vti aperirent, ob hostium malitiam  
 operæ precium non fuisse, subito igi-  
 tur & nihil tale expectantibus ipsis,  
 irruptionem facere coactos esse, vt  
 hostibus suis aditum in Bohemiam  
 præcluderent, & omnem à subditis  
 amicisq; suis fidelibus vim injuriam-  
 que propellerent. Nulli autem mo-  
 lestos esse, sed & annonam & quæ ad  
 victum necessaria sunt, præsentî pe-  
 cunia redimere, & ne Ecclesiasticis  
 quidem, qui turbarum & malorum  
 istorum causa non minima fuerint,  
 secundum malitiam suam retribuere,  
 sed sacris suis vti invigilare tran-  
 quillè possint, modis omnibus, quam-  
 diu gravius non offendantur, prospice-  
 re velle. Causas quibus irritati ad  
 arma processerint, multis explicare  
 necessarium non esse, ex Apologia  
 sua

Anno sua fatis & Silesiis & Imperii Electo-  
 1618. ribus, aliisque qui eas repræhendere  
 nō possint, manifestas esse. Salvi itaq;  
 conductus literas hasce arcium oppi-  
 dorumque præfectis quibusdam se  
 permittere, ne quis Equitum pedi-  
 tumve vllum alicui damnum inferat,  
 sed omnem honorem reverentiamq;  
 omnibus exhibeat & ita sese gerat, vt  
 nulla ad se querela de eo afferatur,  
 severissima in omnes contra facien-  
 tes pœna, cum temporali & æterna  
 maledictione, siquidem aliud nihil  
 quam conscientiarum suarum liber-  
 tatem & Majestatis diplomatis alio-  
 rumque Regni privilegiorum assecu-  
 rationem quærant propositumq; sibi  
 habeant, constituta.

*Cæsaris ad  
 Silesia Du-  
 cem de ir-  
 ruptione in  
 Austriam  
 litera.*

De isthac in Austriæ fines irruptio-  
 ne cum ad Cæsarem relatum esset,  
 missis ad Johannem Christianum  
 Lignitsensem Principem literis, non  
 dubitare se, inquit, quin in comitiis  
 Principum quæ in mandatis haberet  
 omnia fideliter proposuerit, cum ve-  
 ro in turbis Bohemicis progressus sub-  
 inde

inde cæterum majores fiant, & non Anno  
 exercitus solum Cæsarius oppugna- 1618.  
 tus, sed in Austriæ etiam fines transi-  
 tus vi summa factus sit, Silesiis ut ir-  
 ruptionem istam, ita direptionem et-  
 iam & devastationem omnem re &  
 consilio juvantibus, & primum etiam  
 agmen ducentibus. Satis hinc jam  
 apparere, non defensive, ut falso per-  
 suasum Principibus fuerit, sed offen-  
 sive maximè bellum istud à seditiosis  
 suis Bohemis geri. A Silesiis equidem  
 ipsorumque militibus oppugnatum  
 iri se suosque fideles subditos nunquam  
 sperasse, Mandare igitur, ut auxilia-  
 res istas copias suas quamprimum re-  
 vocari Ordines curent, ab omni ho-  
 stilitate abstineant, & patientia lon-  
 ganimitateque sua diutius non abu-  
 tantur, sed sibi potius aduersus sedi-  
 tiosos Bohemos suos subveniant au-  
 xiliumque debitum præstent.

Data hæ literæ 30. Novemb. erant, *Johannis*  
 ad quas respondēs Princeps, jam pri- *Christiani*  
 dem edoctum esse Cæsarem, qua cõ- *Silesia Dis-*  
 ditione auxiliares suas copias in Bo- *cis ad Cæsa-*  
 hemi *rem respon-*  
*sum.*

Anno hemiam Protestantes Silesiæ Princi-  
 1618. pes Ordines que miserint. Non spe-  
 rare, vel Cæsarem vel quenquam a-  
 lium cogniturum, aut conditiones  
 istas prætergressos milites suos, aut  
 alium aliquem finem, quam vt rebus  
 istis ad quas vi approbatæ à Cæsare v-  
 nionis iurejurādo etiam obligati sint,  
 Bohemiæ Ordinibus satisfacerent, &  
 religionis gravaminibus turbationi-  
 busque abrogatis legitimum eius v-  
 sum instaurari curarent, propositum  
 sibi habuisse. Certum autem esse de-  
 bere Cæsarem, eo etiamnum animo  
 esse, vt extra conditionis istius termi-  
 nos transire milites suos nequaquam  
 permitturi sint. De iis quæ Silesiis im-  
 putentur nihil etiamnum sibi consta-  
 re, daturum igitur operam, vt quo-  
 modo res sese habeant à vicinioribus  
 Ordinibus quamprimum exquirat &  
 consultationem de iis vltiorem ma-  
 turiorēque cum iis suscipiat.

Cæsaris istas literas Princeps pau-  
 lo post ad Bohemiæ Ordines misit, &  
 quid de auxiliariis Silesiorum co-  
 piis,

piis, ob factā in Austriae fines irrupti- Anno  
onem rapinasq; & facinora ibi pluri- 1618.  
ma perpetrata, domum revocādis &  
sibi auxilio adversus seditiosos subdi-  
tos suos mittendis Cæsar expetierit,  
ex illis cognoscere eos posse, inquit,  
Ad literas istas Cæsari quidem respō-  
disse, cum vero de hostilibus istis in  
Austriam transitu & attentatis ni-  
hil sibi tum constaret, aliter facere  
non potuisse, quam vt in expeditio-  
nem istam ejusque causam inquisitu-  
rum se polliceretur. Necessarium  
quidem non putare, de prætensionibus  
ipforum prolatisque correptorū  
armorū causis, quibus commoti Pro-  
testantes Silesiæ Ordines fuerint, vt  
arma sua cum ipsis tanquam in com-  
muni causa conjungerent, multis eos  
admonere, suspicari etiam de ipsis  
tam primariis Regni Ordinibus, quod  
aliud quid quam communem istam  
defendendæ religionis causam spe-  
ctarint, aut quod aliquid vnioni suæ  
contrarium tentarint, multo minus  
vero auxiliaribus Silesiorum copiis

H

ad

Anno 1618. ad offendendum Cæsarem, fidelesq; & quietos ejus subditos molestia afficiendos abusi turpiter fuerint, cum tamen quid de irruptione & hostilibus istis in Austria attentatis per modum offensionis factis sentiendum sit, & Protestantes moneri & Cæsarem edoceri necesse sit, responderi sibi de omnibus istis primo quoq; tempore, etiam atque etiam monere & petere.

*Ordinum  
Bohemia ad  
Silesia Prin-  
cipem de  
causis facta  
in Austria  
expeditio-  
nis litera.*

Ad literas istas respondentes Bohemiarum Ordines, cum admiratione cognovisse, inquit, quomodo istum suum in Austria fines transitum hostes & adversarii sui apud Cæsarem interpretentur. Principio autem gratias Principi reliquisque Protestantibus & confœderatis Ordinibus agere, quod in proximis comitiis non solum in priori sententia sua perseverarint, sed ad Cæsaris etiam Commissariorum speciosas, quibus aliud persuadere ipsis conati fuerint, rationes, tam solidè & verè responderint, & causæ suæ æquitatem tam manifestam

istam reddiderint atq; demonstrarint, Anno  
 ut deprædicare id nemo satis potue- 1618.  
 rit. Se quidem facere non posse, quin  
 Electoribus Principibusque Imperii  
 istam ipsorum constantiam maximo-  
 perè commendent, ardentibusque à  
 Deo precibus contendant, ut arden-  
 tissimum istum erga Ecclesiarum in  
 Bohemia salutem zelum largissima  
 benedictione sua abundè compen-  
 set. Ex literis ejus animadvertere fa-  
 cile posse, literas suas, quibus de in-  
 tercepta Abbacia Svethaliensi, &  
 causis cur occupari eam necesse fue-  
 rit, perscriptum, ad Protestantes non-  
 dum delatas fuisse. Rem vero ita ha-  
 bere. Animadvertisse præfectos lon-  
 go jam tempore, ingentem direpto-  
 rum in Bohemia bonorum copiam  
 Cæsarianos ad Austriæ monasteria  
 Svethalium maximè, vbi cum præda  
 ista in flagrati adhuc crimine eos de-  
 præhenderint, detulisse, stationem  
 suam in illis habuisse, & commeatum  
 inde ad castra non semel attulisse.  
 Optimo igitur jure & necessitate bel-

Anno 1618. li coactos aliter facere non potuisse, quam vt prærepta hostibus commo- ditate ista deprædantes ex Bohemia milites exigent. Id enim naturam & rationes bellicas omnibus permit- tere, vt in omnes occasiones intenti sint, quibus Regno excludere adi- tuque prohibere hostes suos possint, cum præsertim & ipsi tractationem omnem differant, atque ita in extre- mam Regni perniciem promovere cupiant. Vitio sibi dari non posse, quod pedem suum in Austria figant, ratione enim talionis id licitum sibi esse, ne qui pacem in Bohemia subsi- diis suis hætenus retardarunt, & ad partes Protestantium accedere mul- tos in Austria prohibuerunt, pergere in malo suo proposito possint. Multos esse in Austria, qui ad pacem religio- nis confirmandam facere plurimum conjunctionem regionum posse vi- dentes, id jam pridem ita fieri expe- tiisse. Iphis gratificari etiam hac ratio- ne & viam ad salutarem istam regio- num vnionem faciendam aperire vo- luisse,



luisse, quem finem etiam Principi & Anno  
 aliis Protestantibus in Silesia ingra- 1618.  
 tum non fore confidant. Has igitur  
 verissimas expeditionis istius in Au-  
 striam causas esse. Eo enim sine haud-  
 quaquam, ut caedibus direptionibus-  
 que molesti sive Ecclesiasticis sive  
 politicis essent, multo minus, ut of-  
 fensivè aliquid contra personam &  
 Majestatem Cæsaris designaretur,  
 factam esse. De causis aliis, si quas for-  
 te à Ducibus & præfectis suis cogno-  
 verint, quin ad ipsum referant non  
 intermissuros. De hostibus suis non  
 dubitare, quin calumnias plures de  
 se sparsuri sint, sed bona fretos con-  
 scientia nihil eas curare, quin imò  
 successus à Deo majores indies spera-  
 re. Nam de Moraviæ etiam Ordini-  
 bus hoc ipso die accepisse, quod præ-  
 fecto Walsteinio ejusque subpræ-  
 fecto exauctoratis, duobus Prote-  
 stantium religioni ad dictis Dietrich-  
 steinio nempe & Svenbeccio officia  
 ista committere, regionumque con-  
 junctionem modis omnibus promo-

Anno vere velint. Ab Austriacis autem tam  
 1618. supra quam infra Ensam responsum  
 optatum expectare, vt nō male fecif-  
 se duces sui, quod Silesios etiam mili-  
 tes in communi causa ista, suis con-  
 junxerint, nec extra defensionis ter-  
 minos excessisse putandi sint, cum  
 hostibus incommodare quacunq̄ue  
 ratione liceat, & communem pacem  
 omnibus regionibus in puncto reli-  
 gionis restituere, repræhensionem  
 nullam mereatur. Quare vt aurem  
 invidis suis non præbeat, sed factum  
 istud suum, tanquam exoptatum ad  
 vniversalem Regionum conyunctio-  
 nem medium approbet, commenda-  
 tumq̄ue sibi habeat, maiorem in mo-  
 dum petere.

*Teutsbro-  
 dium à Cæ-  
 sarianis de-  
 seritur.*

Qui Teutsbrodium hætenus te-  
 nuerant Cæsariani, cum Ordinum  
 milites obsidionem ibi moliri inau-  
 dissent, relicto oppido in Austriam  
 per montana, frigore & fame necatis  
 non paucis, transierunt. Walsteinius  
 interim Vienna Pragam adueniens &  
 in Directorum consilium admissus,

au-

auctor ipsis fuit, ut arma deponerent Anno  
 & Cæsari obtemperantes sese decla- 1618.  
 rarent; inducias ad duos menses fa-  
 cerent; Ferdinandi Regis interces-  
 sionem apud Cæsarem expeterent;  
 Pansanium & Villingum captivos  
 pro D. Jessenio permutarent, secus si  
 facerent, tantas in Regnum missu-  
 rum copias Cæsarem, ut resistere vi-  
 ribus istis impossibile plane futurum  
 sit. In capita ista consentire nisi com-  
 municato cum Silesiis aliisque con-  
 fœderatis regionibus consilio non  
 posse se, captivos tamen istos cum Jes-  
 senio permutare velle, Directores re-  
 sponderunt.

Nuptias hoc tempore Turrensis  
 Comitis filius cum Hardeccensis  
 Comitis filia, præsentibus multis præ-  
 fectis Proceribusque aliis, Neuhusii  
 celebravit. Tampirensis vero com-  
 parato trium millium ad Cremsam  
 exercitu, in omnes Bohemis incom-  
 modandi occasiones intentus fuit,  
 Milites vero cum damni plurimum  
 passim in transitu darent, novæ inde

*Turrensis  
 Comitis fi-  
 lius nuptias  
 celebrat.*

Anno ad Cæsarem querelę ab Austriacis de-  
 1618. lata fuerūt, Excitaverant hoc tēpore  
 Ordines Austriae supra Ensam, in fu-  
 turam necessitatem propugnaculum  
 aliquod ad Danubium. Hoc cum Ba-  
 variae Princeps & Passavienses ferre  
 non possent, Cæsar ipsis per supremū  
 aulae Mareschallū imperavit, vt pro-  
 pugnaculum istud demolirentur, ob-  
 structos in Sylva transitus aperierent;  
 Cum Comite Bucquoio familiarita-  
 tem colerent; de annona per hyemē  
 militibus ejus prospicerent & accessu  
 eos ex Bohemia non prohiberent. Ad  
 postulata ista Ordines prolixo scripto  
 in hac capita responderunt, propu-  
 gnaculum istud ad Danubium in solo  
 ad Austriam immediatē pertinente,  
 in nullius offensionem, sed regionis  
 potius defensionem excitatum vete-  
 ri consuetudine esse, transitus in Syl-  
 va aperiri consultum non esse, cum  
 Bohemos in finibus proximis consti-  
 tutos, Bucquoium vero cum suis lon-  
 gius adhuc remotos esse constaret:  
 Familiaritatem cum Bucquoio peri-  
 culo-

culosam Ordinibus ob imminentes Anno  
sibi Bohemos esse, ab illis enim literas 1618.  
hinc inde missas intercipi facile atq;  
ita summam regionibus istis accele-  
rari perniciem posse, annonam tamen  
& com meatum sustentando per hye-  
mem militi necessarium ad fines mit-  
tere velle, Bucquouium vero inde eum  
auferre & ad castra deportare suo  
periculo debere.

Mortua est 14. Decemb. horam *Conjunctæ*  
circiter decimam matutinam fere- *Cæsaris*  
nissima Cæsariæ Majestatis conjunx *Viennæ mo-*  
*ritur.*

Anna, cujus corpus exēteratum post  
dies aliquod in Regiæ monasterium  
delatū, ibiq; sub doloris castro repo-  
sitū fuit, intestinis in capsula ænea &  
corde in inaurata argentea humatis.

Curaverat paulo ante Cæsar, qui *Austria in*  
infra Ensam sunt Austriacos Ordi *ferioris Or-*  
nes Protestantes misso ad eos Baro- *dinum ad*  
ne Hoffkirchensi, moneri, vt de aver- *Cæsarens*  
tendo, quod ab irruptionibus Bohe- *litera.*  
morum immineret regionibus istis  
periculo deliberationem susciperent,  
sepositisq; de quib. tum consultabāt,

H 5 reli-

Anno religionis gravaminib. negotiū pub-  
 1618. licum privato præferrent. Ad admo-  
 nitionē istam respondentes Ordines,  
 agnoscere inde, inquit, paternā ejus  
 pro regionibus istis curam, proque ea  
 gratias ipsi agere, quod vero ad deli-  
 berationē accedere, & vota sua cum  
 Catholicorum votis conjungere nō-  
 dum possint, causam penes Catholi-  
 cos Ordines esse, à quibus responsum  
 de Protestantibus in religionis nego-  
 tio non turbandis, & exercitio ipsis  
 ex Maximiliani quondam Imperato-  
 ris ab ipsomet approbato & subsi-  
 gnato indulto, libero relinquendo,  
 impetrare hætenus non potuerint.  
 Bonum equidem publicum in eo ver-  
 sari & positum esse maximè, vt subla-  
 to omni dissidio concordia inter sub-  
 ditos conservetur. Ne tamen ipsi in  
 mora sint & damnum aliquod Patriæ  
 suæ inde accidat, ad deliberationem  
 in conventu suo seorsim accessisse, &  
 mentem suam de turbis componen-  
 dis aperire Cæsari jam velle. Princi-  
 pio quidem sperasse omnino, Cæsa-  
 rem,

rem, cum privilegio Regiones istæ de Anno  
bello nisi consentientibus Ordinibus 1618.  
offensivè nullo inchoando fruantur,  
arma ista adversus Bohemos, se incō-  
sultis, correpturum minimè fuisse.  
Etsi enim Comitia Cæsar indixerit,  
& ad ea cum aliis ipsi quoque conve-  
nerint, longoq; jam tempore non si-  
ne maximo incommodo suo commo-  
rati in illis fuerint, Propositionem ta-  
men nullam factam, nec de causis co-  
mitiorum admonitos, sed re infecta  
abire rursus coactos fuisse. Omnia  
quæ ad expeditionem istam Bohemi-  
cam pertinent occultata ipsis myste-  
riorum instar fuisse, Duces & præfe-  
ctos ad bellum istud omnes extrane-  
os adhibitos esse, non exiguum sibi  
dolorem afferre, suspicionem etiam  
movere, quod ad iustam petitionem  
suam responsi à Catholicis Ordini-  
bus accipere etiamnum nihil possint.  
Malum istud vsque adeo jam inva-  
luisse, ut in Austriæ etiam fines Bohe-  
mi cum exercitu irruerint, & loca ibi  
quædam, Svethalium nempe & alia,  
inter-

Anno intercepta praesidio munierint, non  
1618. sine magno dolore percepisse. Non  
dubitare autem media Ordines, dum-  
modo in consilium, priusquam ad ar-  
ma ventum, adhibiti fuissent, propo-  
situros ejusmodi fuisse, quæ ad ma-  
lum istud prohibendum, & satisfac-  
tionem Cæsari præstandam facere  
quam optimè potuissent. Experien-  
tiam enim testari, quod quæ cum Or-  
dinibus habitæ deliberationes fue-  
rint, exitum salutarem semper ha-  
buerint. Quæ Lignitii celebrata An-  
no 1614. cum omnium Ordinum  
consilio Comitia fuerint, eventum  
salutarem confirmationem scilicet  
factæ cum Turcis pacis, & Transyl-  
vaniæ conservationem, dubitantibus  
de ea non paucis, habuisse. Cum vero  
hanc viam ingredi Cæsar hoc tem-  
pore noluerit, & nec Electores nec  
alios Principes salutaria afferentes  
consilia audierit, satis inde apparere,  
eos, qui armis agendum bellumque  
inchoandum suaserint, malorum i-  
storum omnium causam esse, & de  
mediis



mediis etiam patriam à perniciè libe- Anno  
randi cogitare merito debere. Se qui- 1618.  
dem ad bellum inchoandum aucto-  
res Cæsari futuros minimè fuisse,  
præterquam enim quod belli exitus  
semper dubii, errores vero in pugnã-  
do commissi irreparabiles sint, bel-  
lum istud ita comparatum etiam ef-  
se, vt extremam regni devastationẽ,  
justiciæ, legum & constitutionum  
omnium everfionem, comerciorum  
inhibitionem & genus omne malo-  
rum secum trahat atque importet.  
Præfens istud periculum sine magnis  
viribus averti ab Austriæ finibus non  
posse. Bohemorum exercitum tam  
magnum esse, vt coherceri à Cæsaria-  
nis & cohiberi quin in Austriam et-  
iam prorueret minimè potuerit. Nu-  
mero ejus indies magis crescente pe-  
riculum esse, ne irritati expeditioni-  
bus si quas facere velint, extremam  
regionibus istis perniciem inferant.  
Melius omnino fuisse, si expeditiones  
nullæ factæ essent, sic enim Bohemiæ  
regnum adhuc integrum esse potuif-  
se, da-

Anno se damno omni vitato & sanguine in-  
 1618, nocenti nullo effuso, militibusque  
 exercitatissimis, quorum adversus  
 communem Christiani sanguinis ho-  
 stem vsus esse potuisset, in vivis con-  
 servatis. Jam nervo belli fracto, & re-  
 gionibus istis multo ære, ob gestum  
 longo tempore cum Turcis bellum  
 oppresso, ærario autem Cæsaris omni  
 exhausto, quod malis istis remedium  
 afferri possit commodè non videre.  
 Ut autem periculū istud aliquo mo-  
 do avertatur, & non in extremam  
 perniciem regiones istæ (Bohemis a-  
 missa deprædationibus militum bo-  
 na sua recuperare conantibus, & ma-  
 jori propterea numero in regiones  
 istas irruentibus) adducantur, hoc  
 dare consilii, vt primo selecti ex fide-  
 libus Ordinibus aliqui ad Bohemos  
 mittantur, qui de hostili ista machi-  
 natione cum ipsis exostulantes, vti-  
 copias suas revocent & à devastandis  
 regionibus istis abstineant, sedulo  
 eos hortentur: Deinde vt selectos ex  
 omnibus Regni totius Ordinibus ad  
 Co-

Comitia generalia Cæsar convocet, Anno hocque ipsis negotii imponat, vt sus- 1618.  
cepta de vniverso hoc negotio dili-  
genti deliberatione, quomodo bel-  
lum istud componi & pax instaurari  
exoptata iterum possit, maturè pro-  
spiciant consulantque. Hæc igitur  
habuisse de quibus monendum Cæ-  
sarem in præsentia putarint, quod ad  
alia, & quidem ad Edictum Cæsarium  
quo diutius ibi adhuc commorandi  
necessitas sibi imposita, attineat, ac-  
commodare se ad voluntatem Cæsaris,  
quantum id per pericula publica &  
privata liceat, & quod expectent et-  
iamnum Catholicorum Ordinum re-  
sponsum permittat, libenter velle.

Cæsar monendos denuo ad pacem *Cæsaris a*  
Ordines Bohemiæ existimans, datis *OrdinesBo-*  
ad eos vltimo Decemb. literis, non *hemie ami-*  
ignorare eos, inquit, quanta cura & *capacis tra-*  
solicitudine id semper egerit, vt pa- *statione ad-*  
ce in Imperio & Regnis suis omnibus *mittenda*  
conservata, tranquille vivere subditi, *commoni-*  
& bono omni affluere magis magisque *tio.*  
possent. Divinam equidem benedi-  
ctio-

Anno 1618. Etionem omnes haectenus à turbationibus bellicis conservatos luculentissimam sensisse, quod vero tam ingentes & perniciosi in suo Bohemiae Regno motus nuper, absente se, extiterint, subditisque inde suis incomparabile illatum damnum fuerit, dolori id sibi maximo esse. Aliter vero statuere non posse, quam peculiari fato divino factos esse, de iis etiam reprimendis & componendis tempestivè cogitasse, & propterea moneri Ordines promulgato 18 Junij Edicto curasse, ut exercitum suum, nullo praesertim hoste in Regno existente, dimitterent, & ab expeditionibus bellicis abstinerent, hoc enim facto, se quoque conscriptum suum, longo post ipsorum expeditionem tempore, militem exauctoraturum, de dissensionibus istis interveniente Commissariorum suorum opera componendis cogitaturum & nonnullorum istam de Majestatis diplomate & privilegiis aliis abrogandis persuasionem falsam confictamque esse re ipsa declaraturum.

türum. Ipsos vero spreta omni admo- Anno  
nitione sua militum numerum con- 1618.  
duplicasse, Budvissium versus recta  
movisse & coangustare urbem istam  
multis modis cœpisse, coactum igitur  
hac ipsorum expeditione fuisse, ut  
suum quoque, pro vrbe ista conser-  
vanda, & ne Regno suo planè exclu-  
deretur, militem in Regnum promo-  
veret, ad petitionem tamen ipsorum,  
ut & ad Electorum & Principū alio-  
rumque Ordinum gravissimas inter-  
cessionem, cum Palatino, Saxonix &  
Moguntino Electoribus, necnō cum  
Bavariæ Duce per legatos egisse, ut  
se se interponentes de facienda pace  
tractationem susciperent. Quod vero  
in actum tractatio ista perducta non-  
dum fuerit, causam non suam, sed in-  
terponentium sese Electorum & Prin-  
cipum esse, quorum aliqui onus istud  
suscipere gravati primo fuerint, post-  
ea subdelegatos consiliarios suos ad  
tractationem mittere voluerint, il-  
lud autem ad maturandam eam &  
quamprimum perficiendam facere  
I nullo

Anno 1619. nullo modo potuisse. Eam ob causam  
denuo cum illis egisse, & vti præsen-  
tes ipsimet tractationem suscipere,  
loco & tempore quibus commodum  
ipsis videretur, expetiisse. Nihil itaq;  
in se moræ amplius esse, nec quicquã  
magis in votis habere, quam vt in a-  
ctum ea primo quoque tempore pro-  
ducatur. In literis Pragæ 20. Septem-  
scriptis, de deponendis armis & di-  
rectione intermittenda, dummodo  
de interpositione & attentatis Cæsa-  
rianorum militum securi reddantur,  
spem sibi ab Ordinibus factam, eam-  
que clarius etiam aliquanto in con-  
cessis Moraviæ legatis literis repeti-  
tam fuisse, cum Saxonix igitur Ele-  
ctore, qui ad omnia paratum se initio  
præbuerit, egisse, vt ea de re assecu-  
rationem ipsis præstaret, conditioni-  
bus etiam, quibus tractationem sus-  
cipi principio voluerit, cum auctori-  
tatis suæ imminutione aliqua, arbi-  
trio & discretioni ipsius permissis. In-  
terim tamen vltius progressos eos  
majorem in Regnum militem intro-  
duxisse,

duxisse, & Pilsnam obsedisse, nec ces- Anno  
sare ab obsidione ista donec vi arma- 1619.  
ta, neglectis omnibus Electoris Saxo-  
niæ & Bavariæ Ducis admonitioni-  
bus, tandem expugnaretur. Eo non  
contentos impetum in Austriam quo-  
que fecisse, Svehthium & loca alia  
ibi occupasse, falsis suis informatio-  
nibus Regnum omne uti adversus se  
consurgeret, effecisse, & multa alia  
ad pacem minimè facientia moliri  
ausos fuisse. Ut tamen luce meridia-  
na clarius toti mundo appareat, nihil  
in se quod ad pacem faciat desiderari  
passum esse, cum præsertim non exi-  
stimet, in attentata ista omnes æquè  
consensisse, non repugnare, quo mi-  
nus armorū ad certum tempus, qui-  
bus Electori Saxonix videatur con-  
ditionibus, expetentibus ita Mora-  
viæ & Silesiæ Ordinibus, suspensio  
fiat. Hoc sine legatum suum Adamū  
Walsteinium ad Electorem misisse,  
& falso de se sparsum esse, quod Ma-  
jestatis diplomate & privilegiis suis  
privare Ordines voluerit, re ipsa de-

Anno 1618. monstrare constituisse. Non dubita-  
 re igitur, dummodo pax ipsis cordi  
 sit, oculos tandem aperturos, propē-  
 sam suam affectionem & beneficia,  
 quibus à se suisque Prædecessoribus  
 multipliciter affecti fuerint, confide-  
 ratorios, habitaq; juramenti sibi præ-  
 stiti ratione, intolerabiles istas con-  
 tributiones à subjectis suis miseris,  
 quorū gemitus cœlum penetrēt, non  
 exacturos amplius, sed ad omnia illa  
 quæ Saxonix Elector significaturus  
 ipsis sit, diligenter se composituros,  
 atque ita causam duros ipsosmet ef-  
 se, vt gravaminibus Regni compo-  
 sitis & abrogatis, pax tandem exopta-  
 ta iterum instauretur. Quod si vero  
 spreta omni gratia sua resistere sibi  
 pergant, regionesq; & subditos suos  
 perdere omnino velint, & à fundēdo  
 innoxio Christianorū sanguine absti-  
 nere nō cupiant, Deum quidem justū  
 malorum istorum omnium vindicem  
 futurum sperare, se vero quod ad ex-  
 trema progrediatur, & ea adhibeat  
 media, quæ summo hæctenus decli-  
 narit



narit studio, excusatum iri coram o- Anno  
mni mundo, nihil quicquã dubitare. 1619.

Hoc tẽpore relatũ ad nos fuit, in- *Pugna in-*  
ter Turcas Persasque non procul ab *gens inter*  
vrbe Ardevillensi habitũ conflictum *Turcas &*  
fuisse, in quo Turcarum ad sexaginta *Persas ha-*  
millia cecidisse perhiberẽtur, Tarta- *bita.*  
rorum Rege, qui primum duxerit a-  
gmen, vulnerato & militibus ejus o-  
mnibus ferẽ extinctis; Tametsi vero  
Persarum Rex victoriam obtinuisset,  
quia tamen & ipsa nõ parum cruenta  
fuerit, misso ad præfectum Turcicũ  
legato, pacẽ ei obtulisse, copiosum-  
que sericum Sultano Turcico tributi  
annui nomine persoluturum promi-  
sissẽ: Præfectũ igitur Turcicũ in sum-  
mis angustiis constitutum pacem ob-  
latam, ad Imperatoris tamen sui ra-  
tificationem acceptasse, eoque factõ  
commeatum Turcis Persarum Regẽ  
ingentem misisse, & Arseronem,  
responsum Turcici Imperatoris ibi  
expectaturum concessisse.

Multi hoc tempore in Bohemia in- *Incendiarii*  
cendiarii reperti, eorumq; non pauci *in Bohemia*  
*deprehensi.*

I 3 cru-

Anno crudeli supplicio affecti fuerunt, cit-  
 1619. vibus Pragensibus de aqua sibi in om-  
 nem eventum prospicere iussis. Ordinum milites de Crumlavia in-  
 tercipienda, & præfidiariis, qui ple-  
 riq̄ue Hungari erant deprædationi-  
 bus admodum dediti, ab excursionē  
 cohercendis prohibendisq̄ue cogita-  
 verant, verum cum adventātes 8. Ja-  
 nuarii, in armis eos depræhendissent,  
 mutata sententia ad castra redierunt.  
 Interim Budvissio cum mille armatis  
 egressus Bucqucius in revertentes  
 incidit, facta q̄ue est pugna satis cru-  
 enta, in qua quingenti circiter ab v-  
 traq̄ue parte cæsi occubuerunt, Co-  
 mite paulatim recedente & intra vi-  
 bis mœnia sese iterum recipiente.

*Terra mo-  
 tus non pro-  
 cul à Fran-  
 cofurto fa-  
 ctus.*

Terræ motus 19. Januarii, vno at-  
 que altero à Francofurto miliarī fa-  
 ctus est, quē Coningsteinēses, Cron-  
 bergenses & Reiffenbergenses ho-  
 ram circiter matutinam sextam &  
 septimam non sine magna conster-  
 natione depræhenderunt. Labitur  
 non longo ab oppidis istis intervallo  
 Nidda

Nidda fluuius, is aquam tempore isto Anno  
vsque adeo amisit, vt molendina, quæ 1619.

passim ad fluuium istum Papyracea  
& alia excitata cernuntur, officiũ fa-  
cere ad horam vsque decimam non  
potuerint. Ante pauculas septima-  
nas, in Natali scilicet Domini, fluuius  
quidam, Sixtum, Hungarię superioris  
oppidum cruenta admodum pugna  
cum Turcis ibi Anno 1588. habita ce-  
lebre, transiēs, in sanguinem, qui hu-  
manum per omnia cruorem colore  
& odore referebat totus versus fuit,  
cumque glacie in duraretur, ea colo-  
re sanguineo tota infecta & colorata,  
ad loca varia vt passim spectaretur,  
missa fuit.

*Nidda flu-  
uius aquã  
amittit.*

*Fluuius in  
Hungaria  
sanguine  
tinctus.*

Comitia tum in Moravia celebra-  
bantur, in quibus Protestantes Ordi-  
nes gravamina sua, septendecim ca-  
pitibus compræhensa, legatis Cæsa-  
riis exhibuerunt, qui de illis in fide  
Cæsaris retinendis, Bohemiæ Ordi-  
nibus eos contra ad suas partes per-  
trahere conantibus, vnicè labora-

*Comitia à  
Moravia  
Ordinibus  
habita.*

I 4 runt,

Anno runt, atque vt in terminis debitis per  
1619. manerent, tandem effecerunt.

*Arminiani  
de Synodo  
Dordracen-  
si conque-  
runtur.*

Ad institutam Dordraci, cuius  
supra mentio facta est, Synodum, in-  
gens Theologorum Reformatam  
religionem profitentium, ex locis va-  
riis confluxerat hactenus numerus.  
At vero qui ex Arminianis sive Re-  
monstrantibus, vt vocant, ibi etiam  
comparuerant, de summa partis ad-  
versæ iniquitate gravissimè queren-  
tes, coram Ordinibus (qui approba-  
tis ante hæc tempora per Edictum  
publicum quinque illis Arminianæ con-  
fessionis capitib. de prædestinatione  
non nisi cum scriptura sacra loquen-  
dum mandaverant) quod concilio i-  
sti, in quo Actores simul & Iudices  
esse, quinque à se propositorum capi-  
tum defensionem non admittere, sed  
ad suam omnia conformare senten-  
tiam Reformati Theologi vellent,  
submittere se salva conscientia non  
possent, disertè protestati fuerunt,  
significantes simul, cum ad causam  
dicendam non admitti nec audiri se-  
se ab

se ab adversariis vidissent, re infecta Anno  
 discedere voluisse, sed ab adversariis 1619.  
 obligatos aresto fuisse, qui id agerent,  
 ut nolentes volentes suis accedere  
 partibus, & absoluto Prædestinatio-  
 nis decreto assentiri cogerentur. Non  
 liberã igitur istam Synodum, sed vio-  
 lentam omnino esse, animadverti in-  
 de quam optimè posse. Multi inte-  
 rim in diœcesi Ultrajectensi, Rote-  
 rodami item & locis aliis, qui Armi-  
 nianam profitebantur doctrinam, re-  
 moti à docendi munere fuerunt,  
 cumque, quos expectantes vocabant  
 milites, eo conscriptos passim in civi-  
 tatibus sine jam constaret, ut ad de-  
 fendendam Arminianam, quam ver-  
 bo Dei consentientem plerique judi-  
 cabãt, doctrinam, uti iis liceret, mul-  
 ti passim ex senatorio ordine exem-  
 pti & honoribus dignitatibusque suis  
 privati fuerunt.

Sub initium Februarii, qui Bohe-  
 micarum rerum Directores sunt, Co-  
 mitia publica, omnibus tam sub vna  
 quam sub vtraque Ordinibus, in arce

Comitia  
 publica à  
 Directori-  
 bus Bohe-  
 mis indicta.

H 5 Pra-

Anno Pragensi, ad decimum octavum Mar-  
1619. tii indixerunt, hac denunciatione  
addita, habere se quæ ad gloriam Dei,  
salutem publicam, Religionis liber-  
tatem & privilegia alia pertineant  
deliberanda.

*Ordinum  
Bohemia  
ad Electorē  
Saxonia, de  
induciarū  
asscuratio-  
ne litera.*

Interim datis ad Electorem Saxo-  
niæ literis, quod responsum à Silesiæ  
Ordinibus expectantes hætenus, le-  
gatum suum Jacobum Grunthaliū,  
per aliquot septimanas secum reten-  
tum, remittere cum responso absolu-  
to suo non potuerint, præter volun-  
tatem suam factum gratumque sibi  
non esse, inquit, sperare itaque  
causam moræ istius non sibi, sed lon-  
gius à se remotis confœderatis Ordi-  
nibus & labentis temporis, quæ ma-  
xima in arduis eiusmodi negotiis esse  
soleat, celeritati imputatū iri. Acce-  
pto tandem à confœderatis Silesiis,  
de legatis suis ad futuram tractatio-  
nem mittendis responso, cum in sus-  
pensionem armorum certis condi-  
tionibus consentire jam ante decre-  
verint, pro recuperando tempore &  
incom-

incommoditatibus omnibus vitan- Anno  
dis, de facienda ante adventum ipso- 1619.  
rum convenienti præparatione cogi-  
tandum maximè censere. Hanc igi-  
tur in puncto suspensionis armorum  
mentem suam esse, quod Electorem  
moneant & quam diligentissimè et-  
iam atque etiam petant, vt cogitet,  
quibus assecurationis mediis induciæ  
& armorum suspensio ista fieri, & qua  
ratione de induciis nõ violandis præ-  
standa que omnibus indemnitate ca-  
veri sibi confœderatisq; suis Silesiis  
sufficienter possit. Omnes enim tur-  
bas istas ex non servatis promissis ori-  
ginem traxisse. Commissarium Cæ-  
saris Edictorum quorundam bene-  
volæ Cæsariæ Majestatis declaratio-  
ni, literisq; ad Electorem antea missis  
repugnantium mentionem fecisse.  
Ducem belli Bucquoium hominem  
extraneum esse, & ad Romanum Im-  
periũ minimè pertinere, nec sedem,  
quod sciãt, in eo vllam habere, vt ex-  
cessum aliquem, cum mandata Cæsa-  
ris non semel jam violarit, & incen-  
dia

Anno dia in Regno continuerit, facere im-  
 1618. punè possit. Tampirenses Comitem  
 in superioribus turbis Austriacis,  
 durantibus adhuc induciis, in Kins-  
 bergii ditionem impetum fecisse, &  
 violandis induciis causam dedisse,  
 pœnas tamen, præter verbalem forte  
 repræhensionē aliquam, nullas, quin  
 imò majorem promotionem exper-  
 tum fuisse. Cum igitur præter expe-  
 titam ad hanc rem celsissimam Ele-  
 ctoris personam, qui transgressores  
 & induciarum violatores persequa-  
 tur, neminem habeant, vt matura in  
 puncto hoc suspensiones deliberatio-  
 ne vtatur, eamque vt & vniversum  
 interpositionis negotium, ad exopta-  
 tum pacis recuperandæ finem diri-  
 gat, majorem in modum petere &  
 rogare.

*Ordines Bo-  
 hemia ad  
 rumorem de  
 præposito  
 Pilsnensi  
 malè habi-  
 to, respon-  
 dent.*

Post factam Pilsnensis civitatis ex-  
 pugnationem falsus, de Præposito  
 quodam male admodum à præsidia-  
 riis habito & excepto, rumor sparsus  
 est. Is cum ad illustrissimi Bavariæ  
 Ducis aures pervenisset, literas ad  
 Dire-



Directores Bohemicarum rerum de- Anno  
dit, & si Ordines, inquit, petulantia 1619.  
istius conscii, ad eam connivendo ta-  
ceant, luce meridiana clarius jam ap-  
parere, commotionem istam non ad  
religionem suam adserendam, sed  
Catholicam potius opprimendam  
factam ab ipsis esse. Ad literas istas re-  
spondentes Ordines calumniam eam  
meram esse affirmarunt, ad ipsam  
Præpositi confessionem sese refe-  
rentes.

Cæterum ad vrbs istius expugna- *Mansfel-*  
tionem cum operam Ordinib. Mans *dus Comes*  
feldius promptissimam præstitisset, *à Cæsare*  
proscriptus à Cæsare 19. Febr. fuit, *proscriptus.*  
Edicto in hanc sententiam consuetis  
locis Viennæ affixo, quod sequenti  
tamen nocte turpiter deformatum &  
refixum fuit. Tametsi, inquit, publi-  
cis Imperii constitutionibus legibus-  
que cautum satis sit, vt nemo, cujus-  
cumque status & conditionis sit, at-  
que ita nullus etiam militiae præfe-  
ctus, Dux, Magister, Tribunus, Le-  
gatus aut alius, expeditionem aliquam  
mili-

Anno militarē adversus se vel alium quem-  
**1618.** cunq̄ue Imperii Statum faciat, pro-  
 scriptionis pœna in cōtra facientem;  
 pro pace in Imperio rectius conserva-  
 vanda, Anno post millesimum quin-  
 gentesimum quinquagesimo nono  
 sancita, annisq̄ue sequentibus 64. &  
 66. repetita; Tametsi ipse etiam pro  
 paterno suo erga omnes affectu, Edi-  
 ctis aliquot superiori Anno promul-  
 gatis, constitutiones istas Imperii re-  
 petierit & uti à damno periculoq̄ue  
 isto sibi caverent hortari omnes non  
 intermiserit: Notum tamen omnibus  
 esse, quod Ernestus Mansfeldius non  
 exercitum solum ingentem compa-  
 ratum in Bohemiam, in scio sese, du-  
 xerit, sed & adversus se fidelesq̄; suos  
 subditos vsus eo fuerit, & Pilsnen-  
 sem civitatem obsidione gravissima  
 cinctam longo tempore coangustavit  
 & planè tandem expugnavit. His de  
 causis negari jam non posse, ipso facto  
 in pœnam constitutionibus istis ex-  
 pressam incidisse: Et se ad adserendā  
 cōstitutionum istarum auctoritatem  
 ipso

ipso jam facto proscriptum eum de Anno  
clarare, vitamque & bona ejus omnia 1619.  
diripienda omnibus permittere.

Ad superiores Ordinum literas re-  
spondens Elector, tempus & locum,  
quibus tractatio institueretur, ipsis  
designavit & tamen, inquit, nihil æ-  
que desiderarit, quam ut ad missas  
ante decem septimanas literas suas  
statim Ordines respondissent, atque  
ita tempus lucrari, sumptibus parce-  
re, & infinitis quæ acciderint interim  
incommoditatibus supersedere om-  
nibus licuisset, cum vero idem hoc  
quod ipsi aliquoties à Cæsare expe-  
tierint, quodque Electoribus Princi-  
pibusque & confœderatis Bohemiæ  
Regionib. vtile visum sit deliberatio-  
ni vltiori subjicere voluerint, mo-  
ram istam patienter ferre coactum  
fuisse, sperare autem excusatum se de  
iis quæ interim acciderint apud o-  
mnes iri, & si ante septimanas decem  
vel vndecim, eo ipso scilicet quo Cæ-  
sar in interpositionem Electorum  
Principumque consenserit, tempore,  
susce-

*Saxonia E-  
lectoris de  
loco & tem-  
pore insti-  
tuenda tra-  
ctationis ad  
Bohemia  
Ordines li-  
tera.*

Anno suscepta statim tractatio fuisset, à p<sup>a</sup>-  
1618. ce non procul ab futuros jam putare.

Cum igitur per Dei gratiam & diligentem suam aliorumque operam eò jam res perducta sit, vt Cæsar in suscipiendam tractationem jam pridem consenserit, certas etiam ad eam personas deputarit, & sententiam suam etiamnum non mutarit, interponentes etiam Electores & Principes laborẽ istum in se suscipere parati sint: Principes Ordinesque Silesiæ Protestantes suos quoque ad eam Legatos deputarint, & Moraviæ Austriæque Ordines, maturandam tractationem experierint, nihilq; reliquũ amplius sit, quam vt ad rem quamprimum, designato tempore locoque perveniatur: ipse vero in se quod ad promovendum negotium attinet desiderari nihil velit, certum jam tempus 14. nempe Aprilis veteris styli diem, cum citius convenire ob locorum distantiam & incidentes Paschales ferias interponentes Electores & Principes non possint, denominatum ipsis velle,

velle, vt & ad Eperanum oppidum Anno  
 tempore isto sese conferant tracta- 1619.  
 tionemque ibi suscipiant, monere,  
 De Cæsare & aliis Electoribus Prin-  
 cipibusque quos ea de re certiores æ-  
 que fecerit, quin ad prædictum tem-  
 pus ibi etiam adfuturi, & componen-  
 dis periculosissimis turbis istis paci-  
 que in Regno tandem instaurandæ ope-  
 ram secum daturi diligentissimam  
 sint, nihil dubitare. Ad suspensionem  
 armorum quod attinet, nihil equi-  
 dem in votis magis habere, quam vt  
 pertingere ad eam æquè facile pos-  
 sent, cum vero conditiones ejus ad-  
 modū difficiles & ita comparatas esse  
 videat, vt vltiorem hinc inde tra-  
 ctationem communicationemque re-  
 quirant, ea vero sine magno tempo-  
 ris dispendio perfici non possit, ita  
 quidem statuere, ad primariæ tracta-  
 tionis tempus hanc quoque de suspen-  
 sione armorum deliberationem dif-  
 ferri posse, vt pari scilicet passu vtra-  
 que deliberatio ambulet & de hoc  
 quoque capite à partibus simul trans-  
 K igatur.

Anno igitur. Idem hoc ad Cæsarem & trā-  
 1619. sigentes Electores Principesq; alios  
 retulisse, & de hoc quoque capite in-  
 struendos delegatos suos petiisse. Fu-  
 turum autem omnino sperare, vt ad  
 tractationem vbi peruentum fuerit,  
 talia sese media offerant, quæ ad ar-  
 morum depositionem militumque  
 plenariam exauكتورationem potius  
 quam ad suspensionem tantum pro-  
 futura sint. Ad extremum hoc quoq;  
 addere, Cæsarem commeatum, non  
 ita pridem, siue salvi cōductus literas  
 pro legatis suis ad tractationem Ege-  
 ranam mittendis expetiisse, se vero  
 quod necessarium id nō iudicet, Cæ-  
 sare nimirum commeatum istum aliis  
 præstandi facultatem habente, & le-  
 gatis sanctis inuolatisque juris etiam  
 gentium vigore semper existentibus,  
 respondisse. Monere igitur, vt quid  
 officii sui sit, hac in parte prospiciant.

*Hispani  
 classem in-  
 gentem in-  
 struunt.*

Classem hoc tempore Hispani mul-  
 tis navibus formidabilem pararunt,  
 expeditionem maritimam admodū  
 ingentem facturi. In eam Hollandi,  
 An-

Angli & Barbariæ populi intenti ad- Anno  
modum fuerunt, Venetis maximè, ad 1619.  
sexaginta triremes, cum, sumpto per  
mare Venetum itinere, excensionem  
ad Triestam facturi classarii isti mi-  
lites dicerentur, in mari Hadriatico  
eis objicientibus.

Non abstinebant etiamnum ab *Ordines Bo-*  
hostili suo conatu Cæsariani milites, *hemia vige-*  
sed loca varia incendiis & direptio- *simū quē-*  
nibus, neglecto, quod vulgo jaçtaba- *que ad ar-*  
tur, compositionis negotio, deforma- *ma in toto*  
bant. Ad Directores etiam non in- *regno con-*  
certo relatum rumore erat, ingen- *vocant.*  
tem præterea per provincias regio-  
nesque varias, ad compescendos sub-  
jugandosque Protestantes Ordines,  
exercitum parari. His de causis igitur  
vigefimum quenque per vniversum  
regnum arma corripere denuo jusse-  
runt, editisq; patentibus literis, non  
ignorare Ordines, inquit, qua ra-  
tione Comitia ipsis ad feriam pri-  
mam post Dominicam Judica ex of-  
ficio indixerint, quibus & provinciæ  
hactenus administratę rationem ipsis  
red-

Anno redderent, & quæ Regni istius ab ho-  
 1619. stibus vindicandi, periculi ab eo aver-  
 tendi, & pacis per gratiam Dei instau-  
 randæ ratio incunda porro sit, deli-  
 berationem susciperent. Interim non  
 posse intermittere quin ipsis signifi-  
 cent, quod cum ad tractationem ac-  
 cessuros jam sperarent, & transmissis,  
 quibus armorum suspensio fieret, cō-  
 ditionibus promoveri negotiū à Cæ-  
 sare Saxonixque Electore submis-  
 peterent, hostes & adversarios suos  
 cognoverint sub expetitarum indu-  
 ciarum specie, id operam dare maxi-  
 mē, vt auctis maximē viribus, oppida  
 locaque varia infestent, neglectoque  
 ipsius Cæsaris, de intermittendis o-  
 mnibus hostilibus attentatis, manda-  
 to, incendiis & deprædationibus in-  
 festa omnia faciant, quin & emissis,  
 quos certo precio conduxerint, in-  
 cendiariis (quorum ipsi aliquos inter-  
 ceptos supplicio mulctarint) Regnū  
 passim deforment extremamque Pa-  
 triæ suæ charissimæ perniciem cum  
 æterno nationis Bohemicæ dedeco-  
 re in-



re infamiaque attrahant. De induciis Anno  
certi etiamnum nihil conclusum esse. 1619.

Tractationi decimumquartum Aprilis diem in Egera vrbe Electorem Saxoniae dixisse, hac addita conditione, vt de induciis & armorum suspensione ibi primum ageretur. Jam vero Tampirenses cognovisse cum collecto novo milite Regnum denuo invadere, ferroque & flamma omnia vastare velle. Ut igitur perverfis istis conatibus resistatur, omnes tres Ordines quotquot superiori anno in arce Pragensi pro adserenda Dei gloria, & Majestatis Diplomate, liberum religionis exercitium omnibus tribus Ordinibus permissum concernente ab interitu vindicando atque conservando, congregati fuerint, rogatos monitosque ex officio velle, vt sui suorumque rationem habere & pro salute patriae excubare quam diligentissime velint. Equitibus nihil praescribere, nisi vt equo & ministro fidei instructi sint & quod patriae amantes decet, faciant. Inter pedites vero

Anno vigesimum quenque sclopeto instru-  
 1619. Etum comparere seque ita præbere  
 debere, vt in quocunque loco impe-  
 tum facturus hostis sit, ei se opponant,  
 alter alteri subueniant & de omnibus  
 ad se tanquam generales Directores  
 quamprimum referant, vt ita de ma-  
 joribus viribus ei objiciendis delibe-  
 rationem suscipere, & quæ partium  
 suarum sunt facere eo commodius  
 feliciusque possint, cum præsertim,  
 quod omnibus constet, cum præfe-  
 ctis, tribunis, signiferis & officiariis a-  
 liis jam egerint, vt in omnem even-  
 tum parati sint, & exigente ita neces-  
 sitate, ad provincialem exercitum  
 pro menstruo quod unicuique quam-  
 diu officium administraverit, nume-  
 rari promptissime debeat, stipendio  
 ducendum vt ante compareant, Or-  
 dines igitur omnes monere & rogare,  
 vt de Magistris Equitum, peditumque  
 præfectis, pro singulis territoriis, si vi-  
 gesimus quisque ad arma procedat,  
 & quingenti pedites ad vexillationem,  
 vnā, centum vero equites ad turmam

Vnam

vnam referantur, sufficientibus co- Anno  
 gitent, omniaque ita disponant, vt 1619.  
 laboranti patriæ subvenire quam o-  
 ptimè possint. Quod si in territorio  
 aliquo numerus iste haberi non pos-  
 sit, supplementum ejus ex alio terri-  
 torio faciendum, & idem etiam in e-  
 quitum turmis observandum cense-  
 re. Omnes autem & singulos, habita  
 periculi, quod patriæ, quod sibi, quod  
 suis omnibus incumbat, ratione, cum  
 præsertim tanta hostes suos malitia  
 esse videant, vt nec Cæsari obtempe-  
 rent, sed omnia subvertere & non so-  
 lum Majestatis diplomate privilegi-  
 isque omnibus, sed vita etiam & for-  
 tunis privare Ordines, Regnumque  
 aliis possidendū dare conentur, quod  
 ad illud avertendum facere possit, ex  
 debito patriæ officio, summa diligē-  
 tia, habitis simul ad Deum precibus  
 publicis, prospecturos, sperare.

Sub initium Martii, Tampirensis cum ex-  
 ercitu suo ad Gratsnam, quod ad transitum  
 in Bohemiam situm oppidum est, Svanber-  
 gensi subjectum, movit, illudque, præfidio

*Gratsna à  
 Tampirensi  
 Comite in-  
 tercepta.*

K 4 in ar-

Anno 1619. in arcem concedente, facile interceptit, verum cum oppidum retinere se non posse videret, nec multum, si arce non potiretur, conducere illud conatibus suis posse putaret, praesidiariis praesertim frequenti displotione milites suos ex arce infestantibus, direptum illud igneque accensum iterum deseruit, & translato in securum locum exercitu, Viennam, novum Ordinem equestrem salutatum profectus fuit.


Novus enim equestris ordo de sancta Militia paulo ante ibi à quibusdam Principibus, Comitibus proceribusque Catholicis, Duce nimirum Nivernensi, Principe Ratzivilensi, Duce Saxoniae Lauenburgensi, Comite Alheimio, Comite Bucheimio, Comite Archenfi & aliis, institutus fuerat, qui 8. Martii die cum peractis sacris templo egressi fuissent, in genua sub aperto caelo procumbentes, jusjurandum, quod infideles omnes persequi & Catholicam religionem defendere modis omnibus vellent, tacto duobus digitis Evangeliorum libro praestiterunt. Postea surgentes aërem evaginaris gladiis divaricatum percusserunt, templumque iterum ingressi, insignia Ordinis, crucem nempe, Sanctae Mariae effigiem acu pulcherrimè pictum exhibentem, quae palliis affixa gestarent, solenni cum devotione ibi acceperunt.

F I N I S.












68614

X 2611694

VII 17





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



5

II · GALLOBELGICI  
NO SVCCENTVRIATI,

*Sive*

R V M I N

ET BELGIO PO-  
HISPANIA QVOQVE

LIA, GERMANIA, VNGARIA  
nisque locis, à nundinis Francofurtensibus  
tumnalibus, vsque ad Nundinas Anni  
Vernales potissimum gestarum,

RICÆ NARRATIONIS  
*continuata,*

QUODECIMI LIBER  
TERTIVS.

*Auctore*

IO ARTHVS DANTISCANO.



ANCOFVRTI,  
GISMVNDI LATOMI, Anno 1619.

